ERATOSTHENICA

COMPOSUIT

GODOFREDUS BERNHARDY.

BEROLINI, MDCCCXXII.
IMPENSIS GE. REIMERI.

Fragmenta, memoriam tum certam, tum latissimam suis auctoribus conciliatura, eam praeferre convenit naturam, ut colligantur, componantur, explanentur. Qua ipsa triplici necessitate quantis editor implicetur negotiis, non difficulter intelligi licet. Praestant enim auctores, quorum opera utcunque integra steterunt, argumentum perspicuum, definitam quandam ratiocinationum seriem et complexum, decursum orationis institutae reliquis aptum, ambitumque accuratis circumscriptum limitibus: ordinem denique perpetuum, ad quem etiam minutissimae quaeque sententiae exigantur. At vero quorum virorum ingenii monumenta temporum sive iniuria sive potius cura posteritatem non attigerint, in obscuro argumento atque in ruinis versantur, neque luminibus aut verborum mente probabili conclusorum, aut sententiarum omne propositum expedientium, illustrantur. Ac primum collectione reliquiarum rem indigere apparet, quae ut clarissima viri fere ignoti effigies animo concipiatur, ne sublestissimum quidem dictum opinionemve praetermittat. Unde conficitur, lectionem requiri universos antiquitatis libros complexam. Est sane immensa ea eruditio non alia, quam diligentiae pertinacissimae laus et progenies; sed quotusquisque adeo et ab otio et ab aevi amplitudine beatus reperitur, ut ad istud fastigium evehi potuerit? Inaudivimus adhuc de Triumviris Batavis, Hemsterhusio, Valckenario, et quem dubitanter adiicio Ruhnke-

nio. Possit, neque immerito, ab indicibus auctorum (auctoribus enim praecipue significandis, ut quorum loci etiam per accuratissima digesti adversaria quaerentem saepenumero lateant, index debebat addictus esse.) subsidii aliquid exspectari; verum isti nimia negligentia fere ubique constructi deprehenduntur. Proinde non facile quisquam unum alterumve fragmentum hic quoque omissum mirabitur, cum praesertim ne Bentleium quidem, hoc in genere administrando prae ceteris insignem, Callimacheorum nihil effugerit. Accedit, ut eorum hominum, qui late patentem olim obtinuerint celebritatem, non pauca etiam apud eos quos minime exspectares auctores, nomine sive neglecto, sive depravato, latitent, qualia vix critici exercitatissimi acumen penitus eruerit.

Deinde fragmentis componendis collatorem sese addicere decet. Quod si interpretis praestantia, qui argumenti quamvis expositi, planam tamen intelligentiam non ab omni parte admittentis, molestias ita sustulerit, ut ordinem et nominum et sententiarum usquequaque perspicuum commonstret et exhibeat, eius igitur interpretis praestantia iustissimis effertur laudibus: multo etiam maiore in loco ille ponendus erit, qui argumentum neque ad omnium cognitionem obiectum, neque ansam copiamque sui faciens, in integrum restituerit, et, lacunis quantumvis impedientibus, explicationem et ambitum proposuerit. Ex hac studiorum parte, omnium difficillima, plerosque fragmentorum editores minus censeri voluisse, non utique est quod miremur: mireris tamen, illum, quem sagacitate perpauci aequipararunt, Bentleium, prorsus ignorasse videri, etiam Callimachi reliquias concinnandas fuisse. Unde necessario accidit, ut quae dextre disposita adumbrationem certe ingenii et mentis, qua locos suos auctor pertractare consuesset, forent constitutura, ea nonnisi curiosi-

tati minutiarum studiosae satisfacere queant. Inde etiam aliud aliquanto gravius malum provenit, quod libros illi affingebant nunquam evulgatos, magnam istos partem vel indoli scriptoris admotos procul abiiciendos. Veluti ne inprimis novissimos huius negotii administratores ambitiose perstringam, eidem Callimacho Criticus Britannus viginti ipsos commentarios (vel poemata) tribuit, qui sigillatim editi non fuerunt. Quid quod nostro Eratostheni, quem isti titulorum scrutatores pessime habuerunt, Fellus Galeusque opera coniuncta circiter quadraginta, alii etiam sexcenta volumina assignarunt? Quis non rideat, semel auditum, Vossium, Salmasium, Fabricium commentationem in architectura versatam, et magis etiam ridiculum, eundem Fabricium medica scripta Eratosthenis posuisse? Equidem cum persuasissimum haberem, istam molestissimam licet componendi fragmenta operam summam huius quaestionis complecti, in eam rite persequendam omni incubui studio et ardore, legenda viri hac in arte sine comparatione principis, Valckenarii, vestigia ratus.

Ultimum obtinuit locum illustratio fragmentorum. Hic ne quis modulum normamque, ad quam singula huius opellae conformavi, temere sibi carpendam arripiat: illustrationem omnino praetermissam fuisse, ultro confiteor. Duplex datur explicandi ratio, altera indocta et puerilis, qua cum primum cuiuscunque argumenti sermo est iniectus, locos undecunque acceptos, rei sive accommodatos sive ineptos, ingerant et convehant; altera docta, liberalis, ingenua, quae cognitione et peritia universae antiquitatis capitum suffulta, quaecunque expedienda sibi sumpsit, eorum vim et sententiam, toto patefacto ambitu, originibusque ad istius scriptoris usque aetatem accurate et perspecte repetitis, expendere norit atque investigare. Ad priorem igitur regulam multos, ad alteram ne septem quidem auctores post

tot saeculorum desursum indagatos esse contenderim: illam sprevi, hanc ignoravi. Atque Eratosthenis, viri et acumine et eruditione longe praestantissimi, quis tandem et Geographica, et reliqua mathematici argumenti, et opera litterata, pauca adhuc lustra emensus, ea quae tantum decet virum amplitudine et doctrinae copia explicaverit? Satis habui viam, qua monumenta maximi illius ingenii exstructa et adornata fuerint, paucis ea breviloquentia quam ubique effingere volui demonstrasse; idemque satis habui, allatis quae praesertim ad Geographica diiudicanda pertinerent, taedio laboris, supra quam dici potest molesti et temporis rapacissimi, tandem aliquando emersisse: ut Eratosthenis memoria sensim evanida atque obscurata clarior et fructuosior emineret. Quod si quis neget omnino hanc provinciam suscipi debuisse, eidem ipse assentiar, iustam fragmentorum tractationem illius praecipue, qui ingenuam attigerit interpretationem, domicilium esse opinans. At quot eorum omnium qui hoc in litterarum genere principatus potiti censentur eum scriptorem Graecum vel Romanum, qui operae referret pretium, nedum fragmenta, redintegranda sibi proposuerunt? Proinde alterius vices non adeo erant sperandae.

Quibus expositis si de recentioribus quae usu venire potuerint adminiculis verum pronunciavero iudicium, talem non existimo commemorationem quemquam in gloriolae cupidam affectationem versurum esse. Quippe adeo infelices qui Eratosthenem adverterant rem suam gesserunt, ut tam vehementer absurda super vetusto poeta vel litterato pedestris orationis auctore prolata non meminerim. Primus pro more plura Eratosthenea enumeravit Io. Meursius ad Hesychium Milesium (Opp. T. VII. p. 239.) et Nicomachum p. 166. Non ita meliora dedit G. I. Vossius de historicis Graecis. Insecutus est Io. Fellus, Geometra, a Graeci tamen

sermonis peritia abhorrens, qui praefatione ad Catasterismos multa excogitavit scripta, ac nonnulla splendidarum epularum frusta apposuit: nescio qua mente eo usus instituto; paucis enim fragmentis in hac quaestione nihil effici patet. Quae Fellus erat volumina commentus, eandem viam ingressus auxit Galeus praefatione ad alteram opusculorum mythologicorum editionem. Uterque testes nonnisi nomine excitarat. Neque maiore potest illis praeconio Ionsius insigniri, qui de scriptoribus hist. philos. II, 7. nihil quod alicuius foret momenti edisseruit. Istiusmodi copiis adhibitis non sane egregia praestitit Fabricius (cuius editio Harlesiana semper hic laudatur), significavit tamen sanae mentis indicia. Qui proxime scholae Alexandrinae historiam composuit, ea qua decebat et gravitate et iudicii severitate enarratam utilitatem sane insignem praestituram, Matterum dico, sua quoque de Eratosthene proposuit, erroribus scatentia quibuscunque (T. I. p. 130 sq. 134 — 37. II. p. 35. 54. 87. alibi.): perstringere in tanta aliorum colluvie nihil attinuit. De libellis geographicis qui ad Eratosthenem pertinuerint suo loco quaedam reperientur.

VITA ERATOSTHENIS.

Vitam tanti viri eadem qua plerosque antiquitatis auctores cura docti olim grammatici amplectebantur. Unus adhuc Suidas nonnulla etiam de scriptis praestat, qui si reliqua per argumenta eundem a diligentia et ratiocinatione sese exhibuisset, prae ceteris profecto dignissimus foret, qui neglectus iaceret sorderetque: *αὐτὸ δείξει.*

Ἐρατοσθένης, Ἀγλαοῦ, οἱ δὲ Ἀμβροσίου, Κυρηναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου (leg. *τοῦ Χίου*), *γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου καὶ*

Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. μετεπέμφθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου, καὶ διέτριψε μέχρι τοῦ πέμπτου. διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας· τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα ἐπεκλήθη. οἱ δὲ καὶ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα. ἄλλοι Πένταθλον ἐκάλεσαν. ἐτέχθη δὲ ρκϛʹ Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐτελεύτησεν πʹ ἐτῶν γεγονώς, ἀποσχόμενος τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν, μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον, οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής· μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ [καὶ] Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄριστις. ἔγραψε δὲ φιλόσοφα καὶ ποιήματα καὶ ἱστορίας, ἀστρονομίαν ἢ καταστηριγμούς, περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων, περὶ ἀλυπίας, διαλόγους, καὶ γραμματικὰ συχνά. Eudocia p. 172. locum exscribens praebet *διαλόγους πλείστους καὶ ἄλλα τινά·* propius ad Suidae morem, quo v. c. Pindaro praeter ea quae unice reliquit *ἄλλα πλεῖστα* affingebat, accedens. Quibus, si minimus ponitur numerus, sex insunt vitia plusve minusve imperita. Quod enim primum Eratosthenes Athenis arcessitus dicitur, ad initium Geographicorum demonstrabitur, obiter tantum illic eum esse versatum. Iam vero bis, quantum Eratosthenes nobis cognoscitur, illius habitationis potuit opportunitas offerri, tum Aristonem et Arcesilaum cum admodum adolescens audiret, tum quando Graeciam, fortasse Geographicis conscribendis, peragravit. Sed in hoc itinere Alexandriam adscitum fuisse, veri non simillima verisimilitudo est. Deinde *διὰ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας, τοῖς ἄκροις ἐγγίσαντα, βῆτα* perhibetur dictus: ita enim Meursius emendavit ad Hesychium Milesium, qui eandem occinit cantilenam. Accedunt Marcianus Heracl. peripli p. 63. *Ἐρατοσθένης, ὃν βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τοῦ Μουσείου προστάντες.* Chrestomath. ex Strabone p. 5. vol. II. geographorum Hudsoni: *Ὅτι Ἐρατοσθένης οὔτε τῶν ἀπαιδεύτων ἦν, οὔτε τῶν γνησίως φιλοσοφούν-*

των· διὸ καὶ βῆτα ἐκαλεῖτο, ὡς τὰ δευτερεῖα φέρειν δοκῶν ἐπὶ πάσῃ παιδείᾳ. Chrestomathiae testimonium, cum ista Strabonis excerpta inter se magnopere discrepent, aliunde varie interpolata, non maiorem, quam Suidae sive Hesychii, habebit vim; Marcianus autem, fraudis turpissimae convictus, cum praesertim Eratosthenis adversarium, Artemidorum, compilaverit, non iam locupletem sese testem exhibuerit. Potuerunt tamen doctissimi homines sine haesitatione Eratosthenem βῆτα crepare: quorum si tanti est disputationes maxime de hac voce vide apud Reinesium Var. Lectt. I. p. 31. extr. sq. Vossium de hist. Gr. p. 109. Ionsium de scriptt. hist. philos. II, 7. tandem Fabricium Bibl. Gr. IV. p. 118. Rectius invidiae hominum cognomen tribuebat Seidelius praef. Geogr. p. XIII., quod et per se in dubium vix cadit, in tanta permultorum velis remisque pertractata contentione, iudiciisque unius Strabonis de Eratosthene non intellecto adhibitis; et si observaris, Marcianum hanc in rem vetustissimum praestare auctorem, certissimum videbitur. Pergit Suidas: οἱ δὲ καὶ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα. Platonis dogmata Nostrum sectatum esse nihil admonemur; neque si dialogos ceterasve commentationes philosophicas scite Eratosthenes sollerterque, cuius indicia quaedam occurrunt, persequebatur, alter ideo Plato potuit audire; quod autem Fabricius ait IV. p. 118, propter singularem qualis fuerit etiam in Platone mathematicarum disciplinarum cum reliqua philosophia coniunctionem titulo auctum, speciosius quam verius dictum percipitur. Quapropter vel eruditi hominis sententia, honorifica laude Eratosthenem condecorantis, vel Πλατωνικοῦ compendium Suidam fefellisse censendum est. Praeterea φιλόσοφα ante philosophica scripta memorata non eximium produnt acumen; ἱστορίας Eratosthenem emisisse falsum est, mendaciique in societatem venit etiam

Steph. v. *Κυρήνη; ἀστρονομίαν ἢ καταστηριγμούς* ac *περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων* quatenus errorem exhibeant, secuturis de Mercurio et Philosophicis Nostri disputationibus demonstratum dedi; *γραμματικὰ συχνά* illinc unde pleraque Suidae emanavit. Grammaticam Eratosthenes tanquam singularem doctrinam neque exposuerat, neque quo erat ingenio exponere potuit; libros certe de antiqua comoedia neminem huc protracturum opinor. Eundem commisit errorem Clemens Alex. Strom. I. p. 309. A. *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ Κριτικοῦ εἰςηγήσατο τοὔνομα, καὶ Γραμματικὸς προςηγορεύθη. ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖόν φασιν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο, Γραμματικὰ ἐπιγράψας:* cuius opinionis origo fortasse ex interpretatione temeraria significationis *τοῦ Κυρηναίου* derivari potest; Callimachum autem *ὑπομνήματα γραμματικά* edidisse, id vero arbitrari nihil vetat, ut quem etiam Apollodorus (v. Geographicorum init.) Grammatici appellatione diserta perstrinxerit. Inter grammaticos recenset etiam Tatianus p. 107, quem vel nominasse sufficit. Hesychium autem hac si Diis placet Grammatica per Lexicon saepe usum fuisse, quae Felli est sententia, id tandem proferri potuisse, nemini non singularis esse imperitiae videbitur. Sed Suidae mirare diligentiam, qui capitalia opera, Geographica et libros de antiqua comoedia, omiserit; Fabricius quidem nescio quo iure ipsum Suidam hos commentarios afferre pronunciarit Bibl. Gr. II. p. 441.

Quae igitur ad Suidam spectant vel illustrandum vel supplendum, paucis utpote pauca subiungam. Cyrenis Aglao patre Eratosthenem natum multi perhibuerunt. Lucianus Macrob. 27. *Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην.* Dionysius Cyzicenus epi-

grammate infra exhibendo. Proinde Steph. Byz. v. *Κυρήνη· ἐντεῦθεν ἦν Ἐρατοσθένης Ἀγακλέους παῖς, ὁ ἱστορικός·* emendandus est. Aetas eius satis perspicitur, tum ipsius fragmentis quibusdam (v. c. Geograph. fr. XV.), tum testimoniis, Eusebii Chronico n. MDCCCIII. ad septimum annum Ptolemaei Philopatoris, *Ὀλυμπ. ρμά*, anno 3: *Ἐρατοσθένης ἐγνωρίζετο·* Syncelli p. 282. B. ad tempora Philippi III: *τότε Ἐρατοσθένης ἐγνωρίζετο·* Chronici Paschalis p. 175. D. a. U. C. 531. *Ὑπ. Φλαμινίνου καὶ Φίλου. Ἐρατοσθένης ἐγνωρίζετο.* Patet hinc, Eratosthenem natu demum grandem libros vulgavisse. Alio modo florentissima eius aetas liquet iis locis, qui Archimedem cum Eratosthene coniungunt. Proclus in Euclidis Element. II. p. 20 init. de Euclide: *νεώτερος μὲν οὖν ἐστι τῶν περὶ Πλάτωνα, πρεσβύτερος δὲ Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους. οὗτοι γὰρ σύγχρονοι ἀλλήλοις, ὥςπερ καί φησιν Ἐρατοσθένης.* Amicitiam inter utrumque intercessisse, communi geometriae amore partam firmatamque, significat epigramma a Lessingio editum Opp. T. XIV. p. 235, ita inscriptum: *Πρόβλημα, ὅπερ Ἀρχιμήδης ἐν ἐπιγράμμασιν εὑρὼν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ ταῦτα πραγματευομένοις ζητεῖν ἀπέστειλεν, ἐν τῇ πρὸς Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῇ.* Alias indicat aevum Suidas v. *Φιλόχορος· κατὰ δὲ τοὺς χρόνους γέγονεν ὁ Φιλόχορος Ἐρατοσθένους, ὡς ἐπιβαλεῖν πρεσβύτῃ νέον ὄντα Ἐρατοσθένει.* Incerta est Siebelis. ad Philoch. p. 3. emendatio, *νεανίαν Ἐρατοσθένη.* Lysania dicitur magistro usus fuisse, cuius memoria maxime duabus Homericorum Scholiorum notationibus (v. Wolf. proleg. p. 186.) et Athenaei XI. p. 504. B. innotuit. Callimachi disciplina si fruebatur, vix quidquam ille ad Eratosthenis ingenium valuit: nec mirum in diversitate morum utriusque perinsigni. Quam qui perspexerit, intelliget, quanti sit faciendum Fabricii dictum III.

p. 823, in Callimachi *Αἴτια* commentatum esse sine teste edocentis: quod etiam multis antestantibus ablegandum foret. Neque vero simultatem utrumque distinuisse arbitror, declarante Callimachi fragmento, quod de Apollonio pronunciavit (CC.): *καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνα.* Qualis autem per mathematicas disciplinas dux Eratostheni affuerit, Lexicographus tradere non curavit. Iam si Strabo, de cuius loco ad philosophica scripta agetur, verum exposuit, consuetudinem Athenis cum Zenone contraxit; in suas tamen partes Arcesilaus et Aristo Chius pertraxerunt, quorum auctoritatem revereri ne maturior quidem aetas eum dedocuit: sed de hoc argumento affatim alibi disputatum est. Tandem a Ptolemaeo Euergeta advocatus bibliothecae Alexandrinae praefuit, in eaque urbe diem suum obiit. Favore eum a Ptolemaeis exceptum fuisse, et docet Strabo XVII. p. 838. *Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος, καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα, καὶ περὶ φιλοσοφίαν, καὶ τὰ μαθήματα, εἴ τις ἄλλος, διαφέρων·* et significat Syncellus p. 91. C. (Chronogr. fr. XXIII.) *ὧν τὴν γνῶσιν* (reges Thebanos dicit), *φησίν, ὁ Ἐρατοσθένης λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπομνήμασιν καὶ ὀνόμασιν κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παρέφρασεν.* Sed quod ait G. I. Vossius de natura artium p. 114. b. opp. tom. III., Alexandriae eius suasu armillas ac regulas ad quotidie observandos motus coelestes institutas fuisse, fortasse teste allato fidem sibi inveniet. Octogenarium decessisse ait Suidas; Lucianus supra laudatus, *δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη·* accuratior Censorinus c. 15. de anno octogesimo primo sermocinans: Eratosthenes quoque, ille orbis terrarum mensor, et Xenocrates Platonicus, veteris Academiae princeps, ad eundem annum vixe-

runt. Huius ratio, quia certae cuidam ratiocinationi adaptatur, vera ponenda est. Quae de mortis genere Suidas protulit non improbanda, iis non adeo favet, fidemque paene abrogat Dionysii Cyziceni in Eratosthenem epigramma apud Brunck. Analect. II. p. 255.

Πρηΰτερον γῆράς σε, καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ
ἔσβεσεν, εὐνήθης δ᾽ ὕπνον ὀφειλόμενον,
ἄκρα μεριμνήσας, Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρήνη
μαῖά σ᾽ ἐπ᾽ ἀτρύτων ἐντὸς ἔδεκτο τάφων,
Ἀγλαοῦ υἱέ· φίλος δὲ καὶ εἰν ξείνῃ κεκάλυψαι
πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

In custodia bibliothecae ei successisse Apollonium Rhodium Suidas tradit v. *Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς*, sive auctor vitae Apollonii. Ceterum discipulorum Eratosthenis clarissimus est Aristophanes *), non obscurus Mnaseas; Menander autem et Aristis, cuius nomen etiam in corruptelae suspicionem incurrit, fere delituerunt.

Omnes, quotquot viros Cyrenae insignes protulerunt, longo post se intervallo reliquit Eratosthenes, idem cunctorum, quos Ptolemaeorum favor litterarumque amor Alexandriae unico exemplo congregavit coluitque, ex iis animi dotibus, quibus hominis docti colligitur excellentia, census, longe maximus. Sive enim accuratissimum requiras doctrinarum complexum, sive eruditionem minutissima quaeque adhibentem ac suis in locis reponentem, ratione, iudicio subtilissimo,

*) Ne in crimen temere vocaremur, Boeckhii verba inserere visum fuit super praefat. Schol. Pindar. p. XII. monentis: Zenodoti Ephesii, Callimachi et Eratosthenis discipulus, Aristarchi magister, non de Chrysippo scripseram, sed de Aristophane Byzantio, collectis singulis ex Suida vocc. *Ἀρίσταρχος*, *Ἀριστοφάνης*, *Ἐρατοσθένης*; sed nescio quo casu huc relata sunt. Reponi debebant p. X. lin. 11. post vocem qui.

sagacitate moderatam, sive humanitatem, quae in angustiis aut anguli natura concessi aut disquisitionum minime defixa, veritatem unice investiget et ad iustam ac liberalem gentis humanae sese emergat aestimationem: artiorem harum virtutum consociationem praeter Aristotelem nemo ex antiquis auctoribus Eratosthene perfectius instituisse deprehendatur. Contestantur, quae, post tantam disperditionem ac dissipationem, eius operum mathematicorum litteratorumque adhuc notitiam nimis tenuem fragmenta conservarunt; contestantur immensae olim admirationis documenta, quae etiam adversarii cum multitudine sua, tum dictis adauxerunt. Memorabilis est titulus a Suida proditus, *Πένταθλος*; nec minus conspicuum insigne, *Φιλολόγος*. Quod enim ancipitibus Suetonii (de illustr. grammat. 10. Philologi appellationem assumpsisse videtur (Ateius), quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur.) verbis efficiebant, Eratosthenem sibi ipsum hoc cognomen asseruisse: refellitur notione illus vocis vetustissima, diligentissime exposita a Io. Wowerano de Polymathia c. XV., quibus notationibus adiiciantur Lobeckio observata ad Phrynich. p. 393. Litteratum enim quem Romani vocarunt id vocabuli apud personatum demum Plutarchum de poetis audiendis significavit. Sed Clementis supra adducti testimonium, secundum nonnullos Eratosthenem *Κριτικόν* sive *Γραμματικόν* audiisse, fundamento nititur perquam incerto. Critici quidem cognomentum, acrem genuinorum spuriorumque iudicem designans, potuit a libris de antiqua Comoedia peti. Clarissime tamen comparatione inter Nostrum ceterosque Alexandrinos vel aequales adhibita Eratosthenis ingenium elucebit. In quod certamen non alii, quam Lycophro, Aratus, Callimachus, Nicander, admittentur. Sed L y c o p h r o n e quis tandem pra-

viorem et eruditionis et poeticae abusum manifestavit? sanam vero mentem et per Cassandram et libros de comicis frustra desideremus. Iisdem a vitiis ne Lycophroni quidem potest N i c a n d e r comparari. Minus doctrinae, plus iudicii ac facultatis poeticae consignatum dedit A r a t u s carmine utroque; rectissime diiudicavit Callimachus epigr. 38, tenue ac dulce dicendi genus, multis comparatum lucubrationibus, illi attribuens; reliquorum eius monumentorum nihil amplius extat. Quos omnes superavit C a l l i m a c h u s, cuius praeter alios morem optime indagavit Clemens Alexandrinus: *Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητής, καὶ Καλλιμάχου Ἶβις, καὶ τὰ Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔκκειται ἅπασι.* Eruditione fuit sane Callimachus onestissimus, idemque verborum et locutionum ad modulum avium, ut recte facetissimus Sillographus, Alexandrinarum Musei audacissimus novator, qualia cum frequenter apponeret, non potuerunt non centena eius fragmenta a Grammaticis excitari: ad Eratosthenea perraro eum in usum provocatur, unde copia reliquiarum praeceptori cedit. Sed si quid praeterea perlustratur, nihil nisi longae ac ieiunae descriptiones et excursus praesto sunt, lucernam ut qui maxime redolentes. In explicanda quidem sententiarum et amoenitate et gravitate magnopere eum P h i l e t a s superasse videtur, ex cuius poematis nihil plumbei decerpitur. Iam vero exigui haec momenti existimanda prae anili fabularum dudum ab hominibus doctis excussarum tenacitate. Laudamus iudicium de Euhemero, tela hebetiora profundenti, fragmento LXXXVI., ridemus argumentum initio, ne quid ridiculi desideraretur, hymni Iovis propositum; nec quidquam stolidius afferri potuisse iis arbitramur, quibus hymno Apollinis extremo vim illius Dei, quibus hymno in Delum Nympharum et arborum commercium vindicavit. Cetera

hic enumerare, quae si expenderentur, rimarum plena, ut ille ait, hac illac perpluerent, longum est.

In hac Eratosthenis praestantia nihil tamen admirabilis est iactura omnium huius operum, quorum singulare acervo inutilium antiquitatis nugarum quisque facile redimeret. Geographica enim, a multis compilata, tandem Strabonis commentariis intellectu expeditioribus succubuerunt. Alia vel difficultate argumenti perierunt, vel epitomatoribus similibusve praedonibus cesserunt, quod intelligendum imprimis de libris philosophicis, a Favorino praesertim usurpatis, et opusculis de antiqua Comoedia (cf. fr. II.). Neque enim multitudo iis offecit: duodecim libellis, non densis voluminibus actum de comicis fuisse veri simillimam praebet speciem. Iam cubi duplicandi methodo omissa, si tres quattuorve philosophicae ponuntur commentationes, vix decem eius colliguntur opera, qui octoginta annos attigerit. Referenda autem videbantur sive ad genus mathematicum, cuius primaria sunt Geographicorum quoque volumina, sive ad litteratos libellos. In priore versantur parte:

I. Geographica.
II. Mercurius.
III. Libri de mathematicis disciplinis.
IV. Cubi duplicatio.
sequente V. Appendice Philosophicorum.
In altera: VI. Commentarii de antiqua Comoedia.
VII. De Chronographiis.

OPERA MATHEMATICA.

I. GEOGRAPHICA.

Opere suo Geographico prae ceteris, ac, si libros Aristotelicos exceperis, sine exemplo tantum sibi nominis atque auctoritatis Eratosthenes conciliavit, ut per decem quando minimum ponamus numerum saecula de possessione a nemine deturbatus imperarit. Quamvis enim multi in singulis emendatiora atque accuratiora tradidissent, non pauci erroribus magni viri refellendis quam maxime strenuam operam dicassent: nullus tamen universam systematis conformationem immutare fuit ausus, sed melioribus ut sibi videbantur vel repertis, tanto nihilominus praesidio contra temeritatis notam sese communire satius existimabant. Unde factum est, ut inde ab ipso Hipparcho easdem sententias tenerent Dionysius Periegeta (annotantibus et Eustathio ad eundem init. *καθὰ καὶ Ἐρατοσθένης δοξάζει, οὗ ζηλωτής ἐστιν ἐν πολλοῖς ὁ τὸ οἰκουμενικὸν τουτὶ συνταγμάτιον ποιησάμενος,* et Salmasio Plin. Exercitt. T. I. p. 491. b. A. II. p. 878. a. B.), Strabo, Pomponius Mela, Plinius, Solinus, Martianus Capella, (disertis verbis VIII. p. 274. Sed quoniam utcunque in Graiam notitiam hominum errabunda perveni, sufficere oportuit quidquid ab Eratosthene, Ptolemaeo, Hipparcho ce-

terisque vulgatum, ne me ultra loquendi necessitas ingravaret.) Orosius, Aethicus, praeter alios tandem Anonymus Ravennas. Vide Gossellini (Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens) T. III. p. 186. Quin iisdem vetustior Apollodorus ita ex Eratosthene pependit, ut non raro illius nove excogitata, ita tamen ut expilatorem possis agnoscere, cum pulvisculo excusserit: de quo aliquoties Strabo admonet. I. p. 31. *τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητήν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα.* p. 43. *οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι, καθάπερ καὶ τὸν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ προφέρει Ἀπολλόδωρος, οὐδ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδώς. τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν, ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, κατ' ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δὲ οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους,* et quae sequuntur de imperitia excusanda. Quae de Hesiodo et similibus poetis affert, sunt re vera Apollodori, qui quidem his contraria, et teste Strabone, et per se rationi Eratosthenis convenientia, eodem in libro prodere non dubitavit. Ita enim Strabo VII. p. 298. sq. *Ἃ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος εἴρηκεν, ἥκιστα λέγοιτ' ἄν. ἐπαινεῖ γὰρ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν* (v. fr. V.), *συνηγορῶν δὲ τούτοις, Ὅμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν πετρήεσσαν, ὥσπερ καὶ ἔστι, πολύκνημον δὲ τὴν Ἐτεωνόν, πολυτρήρωνα δὲ τὴν Θίσβην, ποιήεντα δὲ τὸν Ἁλίαρτον· τὰ δ' ἄπωθεν οὔτ' αὐτὸν εἰδέναι, οὔτε τοὺς ἄλλους. ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα ῥεόντων εἰς τὸν πόντον, μηδὲ τῶν ἐνδοξοτάτων μηδενὸς μεμνῆσθαι —· ἔτι δὲ Σκυθῶν μὲν μὴ με-*

μνῆσθαι, πάντως δὲ ἀγαυούς τινας Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε. — οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας· Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους, καὶ ἄλλα μυρία. — — ἐπιτείνει δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γὰρ αὖ χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς — . τούτοις δὲ μικρά τινα προςθεὶς τοιαῦτα, παύεται, τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους. Satis clare hoc fragm. I. V. IX. innuunt. Idem I. p. 44. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ ὃν τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. Callimachi sententia non ad ἐθνικὰς ὀνομασίας, sed ὑπομνήματα referri debebat. Idem XII. p. 553. ἀγνοεῖν γὰρ αὐτὸν (Ὅμηρον) πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἔφη παρὰ τὸν Πόντον, οἷον ποταμοὺς καὶ ἔθνη, ὀνομάσαι γὰρ ἄν. Sed multo plures eosque acerrimos censores iam Apollodori aetas, dein sequentia saecula protulerunt, deinceps recensendos.

1. Primus hic occurrit Polemo, idem sine controversia Περιηγητὴς dictus, cuius librorum adversus Eratosthenem*) perscriptorum ex immenso aliorum cumulo quos Athenaeus memoravit nonnisi quinque fragmentis notitia ad nos pervenit: plura enim neque ipse

*) Ad alium Eratosthenem ait Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 119. pertinere: qua caussa permotus, nihil attinet inquirere.

repperi, neque alii, ut Vossius de histor. Gr. p. 120. et Ancherus Diatriba p. 4. collegerunt. Quod quidem tradit ap. Schol. Aristoph. Vesp. 1186, (de antiqua comoed. fr. XXI.) si idem est, alibi de Ephudione monuisse videtur, subindicante fragm. ap. Schol. Eurip. Hipp. 230. coll. Schol. Vrat. Pind. introd. Ol. V. Jam primum de inscriptione dubitatio locum habet. Schol. enim Aristoph. Av. 11. *μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοθένους ἐπιδημίας.* Hesychius: *Βίηφι. δύναμις. βία. ὡς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους Ἀποδημίᾳ*: qui cum opus illud ex vulgari usu dicendi magis designaverit, quam rite attulerit, *Ἐπιδημίᾳ* legendum est*). Harpocratio p. 19. (de antiq. comoed. fr. XII.) *ἦσαν δέ, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα* — . Schol. Soph. Oed. C. 489. *μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ (τῶν Εὐμενίδων) δρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου θύουσιν αὐταῖς, καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην φησίν, οὕτω· Τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης. εἶτα ἑξῆς· Τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι, ὃ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ* (l. *περὶ*) *τὰς σεμνὰς θεάς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας κριὸν Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρῳ, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ γοῦν εὐφημίαν, οὗ τὸ ἱερόν ἐστι τὸ Κιμώνιον, ἐκτὸς τῶν ἐννέα πυλῶν.* His omnibus pauca lucraremur, nisi Strabonis verba gravissima accederent I. p. 15. *Ἔστι δ᾽ ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ᾽ Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι.* Primo igitur loco Polemonem re vera de Eratosthene Athenis commoranti disceptasse

*) Imperite Schweighaeuserus in Athen. IV. p. 138. E. lectionem vulgatam, *ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ*, ex coniectura, ut sibi videbatur, vel potius explicatione Casauboni, *ἐν τῷ περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρου*, immanem haud reveritus titulum, immutavit.

hinc colligitur, unde opportunitas de argumento ipsi perquam consueto, id est, de antiquitatibus Atticis, fuse disserendi effloruit. Hunc tamen locum unice ab illo pertractatum fuisse, Hesychii testimonium modo allegatum omnino abnegat. Hesychiumne formam *βίηφι* ex Polemonis opere nihil ad grammaticen afferenti, nisi singulari quadam vi a poeta qualicunque illic commemorato instructa foret, excitare potuisse? Potuit nihilominus eius interpres concoquere, ut cui nihil de Polemone suspicato glossa ex Il. *φ'*. 367. desumpta indeque *δυνάμει. βίᾳ.* scribendum videretur: quasi vero ad expositionem vocabuli pervagati tali cautore indiguisset. Immo *βίηφι* ille adhibuerat nominativum significans, quo grammaticorum sententia confirmatur a Buttmanno Gramm. I. p. 205. reiecta. Dudum hoc viderat accuratissimus Sylburgius ad Etymologici M. pag. 800. Igitur necesse est statuamus, Polemonem de terminationibus poeticis, ab ipso Eratosthene (cf. fr. XVII.) in opere Geographico tractatis, passim disputasse, ac proinde pluribus libris, *τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη*, quorum partem opuscula *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας* *) constituerent, Geographiae Eratosthenis sese obiecisse. Quod si intrusit, quae nihil ad rem valerent, ut illa de axibus, pro more hominum eruditorum, sapientiam suam temere et ubique oggerentium, fecisse existimandus est. Reliqua autem contra Eratosthenem observata an verum attigerint, hoc in silentio testium ne significari quidem licet; si quis enim Strabonem hic memorarit, nusquam ad Periegetam provocantem, tanquam auctorem exigui momenti, nonnisi cum specie veritatis collegerit. Ea tamen quaestio loci Strabonis denuo ex-

*) Polemonis haec opuscula cum Jonis Chii *Ἐπιδημίαις* contulit Bentleius epistola ad Millium p. 507. Videndum, numne, quod ab Athenaeo II. p. 70. B. de cinara planta in Chorasmiorum regione reperta testis advocatur *Σκύλαξ ἢ Πολέμων*, effici queat, de compluribus etiam geographiae capitibus hominem adversus Eratosthenem disputasse.

pendendi admonet; unde si effeceris, tum Polemonem, cum Eratosthenem Athenis commoratum negaret, perpauca de contrario inaudivisse; tum Eratosthenem, ut cui nec levitatis nota a quoquam inuratur, et multa super argumento, quod adversarius, testis istic idoneus, penitus pertractatum teneret, exprobrata videantur, fugitivo tantum oculo Athenas perlustrasse: haec igitur si effeceris, nihil quod naturae rerum Eratosthenicarum sit alienum elicueris. Ac non obscure communiunt ipsius Strabonis verba, satis, licet subiungat, *τοῦ Ζήνωνος — γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι*, haesitabundi; quae quomodo intellexerit, ea quae statim sequuntur demonstrant: *οὔτ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον πιστός, ἐφ᾽ ὅσον παρεδέξαντό τινες*. Haec igitur sibi vult, Eratosthenem neque eum esse, qui sine pulvere de omni statu deiici queat, si quis eum Athenas advenisse negarit; neque per omnia ei fidem esse habendam. Igitur cum his ipsis et quae adduntur nixus Ancherus p. 4, 5. illum omnino diu ibi vitam degisse, ac iuvenem admodum in Zenonis et Aristonis sese disciplinam ait aliquantisper tradidisse, Suida non meditatius ita censuit, qui Alexandriam Athenis eum arcessitum memoravit. Jam si Polemo ea de quibus modo dictum abnegavit, fecit ille motus opinor Eratosthenis sermone, asseverantis Graeciam se peragrasse.

2. Succedit Hipparchus, qui astronomiae impense operam dicavit, eamque ad geographiam inprimis referre studuit, (v. Strab. I. p. 7. II. p. 131. sqq.) adeo tamen ab iudicandi vi hebes ac destitutus, ut plumbea eius argumenta, tribus ex libris adversus Eratosthenis Geographica*) desumpta, Strabo contentione per sane

*) Suid. v. *Ἵππαρχος· ἔγραψε — καὶ εἰς τοὺς ἀρίστους*. Miram locutionem falsa sententia intulit G. I. Vossius, de natura artium p. 115. a. opp. t. III., coniectans *εἰς ἀστερισμούς*. Rescribendum fuerat *εἰς τὰ Ἐρατοσθένους, Γεωγραφικά* sive suppleto, sive adiecto. Simile vitium *Ἐρασθένης* apud Athenaeum extabat.

mediocri posset refutare. Plinii quidem II, 112, Hipparchum et in coarguendo adversario, et in reliqua omni diligentia mirum, insignientis laudatio et ambigua est, neque in auctoritate viri si accuratam sententiam requiras perexigua moram attulerit. Ne hic quidem Eratosthenis, quem infestissimus iure et iniuria adoriebatur, systema omnino deiicere sustinuit. Nam quod Plinius loco modo allato adiecisse eum mensurae orbis terrarum ab Eratosthene institutae stadiorum paullo minus XXV. millia prodidit, nihil contra efficitur. Gossellinum sane (Géographie des Grecs analysée p. 52 sq.) vehementer eius verba vexaverunt, adeo ut ad emendationem prolaberetur, VII. millia CC. ex Marciani Heracleotae p. 6. componendam, quo teste Eratosthenes maximum terrae ambitum 259, 200. stadiorum collegerit. Mireris, tam puerilem coniecturam in re manifestissima viro acuto excidisse: nam Marcianum si sequare, non potuit illa 7200. Hipparchus addere. Sed verum perspexerat Mannertus (Geogr. d. Gr. u. Röm. Norib. 1788. p. 102.), ac verbis ut qui maxime disertis admonuit Strabo I. p. 62. *Εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, οὐδ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων προσχρῆται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος.* Iterum II. p. 113. *Τούτοις δὲ συνῳδά πώς ἐστι καὶ τὰ ὑπὸ Ἱππάρχου λεγόμενα· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὑποθέμενος τὸ μέγεθος τῆς γῆς ὅπερ εἶπεν Ἐρατοσθένης, ἐντεῦθεν δεῖν ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφαίρεσιν*, et quae sequuntur. Adde fr. XXXVII. XLIII. collatis quae ad fr. XLII. dicentur. Vellem etiam aliud a Gossellino demonstratum fuisse, quod tabulam geographicam ab Hipparcho secundum proiectiones quas aiunt confectam tradit. Idem vero, quam immensos errores ille maxime in Asia constituenda

commiserit, satis evicit (v. Recherches sur la géogr. syst. et positive des Anciens T. I. p. 55.). Quae igitur ex Hipparchi opere Strabo servavit, haec sunt. I. p. 5. sq. *πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει καὶ τῶν αὐξήσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας. Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ πανταχοῦ, οὔτ' εἰ δοθείη τοῦτο, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύῤῥουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν· πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ.* Rectiora Strabo post Eratosthenem.

p. 7. *Εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ἰδιώτῃ καὶ τῷ φιλομαθοῦντι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης ἀδύνατον λαβεῖν ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως.*

p. 27. adversus Homericam disputationem: *Καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ τὰς μὲν πόλεις οὐκ ἐφεξῆς λέγει (Ὅμηρος)· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔθνη ἐφεξῆς· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄπωθεν. — Ὅπερ καὶ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται.* Aliud de Homericis Eratosthenis dictum satis inficetum p. 16. memoratur.

p. 55. *Ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον (πορθμὸς) οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλὰ διετέλει τὸν ἔκρουν ἔχων μόνον, τὸν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα· ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ, καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο.*

p. 56. *Ἵππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συνάπτειν* (fr. XXXIII.) *ταὐτὸν τῷ σύῤῥουν γενέσθαι τὴν ἡμετέραν θάλατταν τῇ ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιᾶται, τί δήποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς στήλας ἐκρύσει μεθισταμένη ἐκεῖσε ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα συμμεθιστᾷ καὶ τὴν σύῤῥουν αὐτῇ γενομένην, τὴν ἐρυθράν, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφανείᾳ, μὴ ταπεινουμένη: καὶ*

γὰρ κατ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη τὴν ἐκτὸς θάλατταν ἅπασαν σύῤῥουν εἶναι, ὥςτε καὶ τὴν ἑσπέριον καὶ τὴν ἐρυθρὰν μίαν θάλατταν εἶναι. Τοῦτο δ' εἰπὼν ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον, τό· τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν τήν τε ἔξω στηλῶν θάλατταν καὶ τὴν ἐρυθρὰν καὶ ἔτι τὴν ταύτῃ γεγονυῖαν σύῤῥουν. Quae licet funditus profligaverit, turbas tamen dedisse Strabo putandus est, siquidem ista, quibus nihil cum disputatione de Casio intercedit, immo ad Eratosthenis effatum pertinentia, mare eandem non constituere superficiem, alieno loco proposuit. Statim aliam obiectionem subiungit:

Ψευδῆ δ' εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς δελφῖσιν ἐπιγραφὴν Κυρηναίων θεωρῶν (fr. XXXI.), *αἰτίαν ἀποδίδωσιν οὐ πιθανήν, ὅτι ἡ μὲν τῆς Κυρήνης κτίσις ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις, τὸ δὲ μαντεῖον οὐδεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάττῃ ποτὲ ὑπάρξαι.* Verissime Strabo: *Τί γὰρ εἰ μηδεὶς μὲν ἱστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμηρίων, ἐξ ὧν εἰκάζομεν, παράλιόν ποτε τὸν τόπον γενέσθαι, οἵ τε δελφῖνες ἀνετέθησαν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἐγένετο ἐπὶ Κυρηναίων θεωρῶν;*

Pergit p. 56. sq. *Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωρισμῷ τοῦ ἐδάφους μετεωρισθεῖσαν καὶ τὴν θάλατταν ἐπικλύσαι τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους, πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης διέχοντας, οὐ συγχωρεῖ τὸν μέχρι τοσούτου μετεωρισμόν, ὥςτε καὶ τὴν Φάρον ὅλην καλυφθῆναι καὶ τὰ πολλὰ τῆς Αἰγύπτου· ὥςπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ τοσούτου ὕψους καὶ ταῦτα ἐπικλύσαι. Φήσας δὲ, εἴπερ ἐπεπλήρωτο ἐπὶ τοσοῦτον ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα, πρὶν τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς στήλας γενέσθαι, ἐφ' ὅσον εἴρηκεν ὁ Ἐρατοσθένης, χρῆναι καὶ τὴν Λιβύην πᾶσαν καὶ τὰ πολλὰ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας κεκαλύφθαι πρότερον, τούτοις ἐπιφέρει, διότι καὶ ὁ πόντος τῷ Ἀδρίᾳ σύῤῥους ἂν ὑπῆρξε κατά τινας τόπους, ἅτε δὴ τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν πόντον σχιζομένου, καὶ ῥέοντος εἰς ἑκα-*

τέραν τὴν θάλατταν, διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. Infirmam argumentationem idem Strabo concidit.

p. 63. Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρετανικῆς εἰκάζουσιν Ἵππαρχός τε καὶ ἄλλοι, ἐκ τοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας· ὃν γὰρ λόγον εἴρηκε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, τὸν αὐτὸν καὶ Ἵππαρχος κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν εὑρεῖν ἐν τῷ Βυζαντίῳ φησίν· ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰς μέσην τὴν Βρετανικὴν οὐ πλέον ἐστὶ τῶν πεντακισχιλίων σταδίων. Eam observationem non sibi, sed aetati suae acceptam rettulit. Cf. II. p. 71.

II. p. 68. sq. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην (fr. LVII.) ὁ Ἵππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς πίστεις. οὔτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δυοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ, Δηϊμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ᾽ οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ᾽ οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων. Τούτους γε δὴ τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὁμολογεῖν. Ἀπίθανον δήπου νομίζει τὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλεῖ, παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι παρ᾽ αὐτὸ τοῦτο τοὺς ἀρχαίους πίνακας· ἀλλὰ μὴ ἐᾶν οὕτως, ἕως ἄν τε πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν. Etiam infelicius rem gessit, his adiunctis: Ἔτι φησὶν ὁ Ἵππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὸν Ἐρατοσθένη διαβάλλειν τὴν τοῦ Πατροκλέους πίστιν, ἐκ τῆς πρὸς Μεγασθένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰνδικῆς τοῦ κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν (fr. CVIII.). Εἰ οὖν διὰ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα ἄπιστος ὁ Πατροκλῆς, καίτοι παρὰ χιλίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὔσης, πόσῳ χρὴ μᾶλλον ἀπιστεῖν, ἐν οἷς παρὰ ὀκτακισχιλίους ἡ διαφορά ἐστι, πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἄνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, τῶν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰνδικῆς πλάτος σταδίων

δισμυρίων, τοῦ δὲ μυρίων καὶ δισχιλίων; Incredibilem nugarum congeriem manifestavit Geographus. Sed haec ad illum cognoscendum satisfacient.

Alia ex Hipparcho idem protulit II. p. 72. 74. 75 sq. 76 — 78. ubi insigne flagitium commemorat: *Ἑξῆς δὲ συνηγορῶν ἔτι τοῖς ἀρχαίοις πίναξιν οὐ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους προφέρεται περὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος, ἀλλ' ἑαυτῷ κεχαρισμένως πλάττει τὴν ἀπόφασιν πρὸς ἀνατροπὴν εὐφυῆ.* cf. p. 79. praeterea p. 81 — 83. quae his Strabo seponit: *ταῦτα μὲν οὖν δεῖ ἐᾶν ὡς παιδικά.* p. 86 — 74. finem imponens, *ἐν δὲ τούτῳ,* ait, *τῷ ὑπομνήματι καὶ δικαίας καὶ οὗτος δίδωσιν ἀφορμὰς καὶ ὁ Τιμοσθένης· ὥστ' οὐδ' ἡμῖν καταλείπεται συνεπισκοπεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἱππάρχου λεχθεῖσιν.* At neminem Strabonis, viri a mathematicis alienissimi, sententia movebit. Adde p. 135. praeter locos supra laudatos.

3) Etiam *Polybium* opere geographico sententiis Eratosthenis refutandis vacasse, aliquot locis apud Strabonem constat. Primus extat I. p. 20. *προσπίπτει γάρ, ὡς εἰκός, ὡς πιθανώτερον, ἂν* (l. *εἰ*) *οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν, ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν.* p. 23. *Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης· τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἔκπλους ἐν τοῖς κατὰ τὸν πορθμὸν τόποις ἀμφιδρόμοις οὖσι καὶ δυσέκπλοις διὰ τὰς παλιῤῥοίας, ταμίαν τε εἰρῆσθαι τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέα νενομίσθαι φησί, καθάπερ Δαναὸν μὲν τὰ ὕδρεια τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δὲ τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον· μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας· τούς θ' ἱερέας τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίους καὶ μάγους, σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν. οὕτω δὲ καὶ τῶν θεῶν ἕνα ἕκαστον*

τῶν χρησίμων τινὸς εὑρετὴν γενόμενον τιμᾶσθαι. Ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος, οὐκ ἐᾷ τὸν Αἴολον ἐν μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδ' ὅλην τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, ἀλλὰ μικρὰ μὲν προσμεμυθεῦσθαι, καθάπερ καὶ τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ· τὸ δ' ὅλον περὶ Σικελίαν καὶ τῷ ποιητῇ πεποιῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν, ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν — (fr. VII.). Vulgaris ista alucinatio vix latum unguem ab Hipparcheis distat. Ex iis quae plura hunc in modum disputat maxime illa p. 25. notanda sunt: Τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθανόν, οὐδὲ Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, κελεύων μὴ κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ' ἱστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν. Sequitur II. p. 104. Πολύβιος δὲ τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν, τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐᾶν φησι, τοὺς δ' ἐκείνους ἐλέγχοντας ἐξετάζειν, Δικαίαρχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας. — τὸν δ' Ἐρατοσθένη (φησὶ) διαπορήσαντα, εἰ χρὴ πιστεύειν τούτοις (τοῖς Πυθέου), ὅμως περί τε τῆς Βρετανικῆς πεπιστευκέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ. — Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα δέ, μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος. Ridiculam demonstrationem Strabo refutavit. Deinde p. 106. sq. de Ibericis apud Eratosthenem: v. fr. LXII. LXIII. Tandem VII. p. 317. cum de Theopompi circa Illyrica peccatis dixisset, τοιαῦτα δέ, inquit, καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους ἔνια παρακούσματά ἐστι λαοδογματικῶς, καθάπερ Πολύβιός φησι καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων λέγων συγγραφέων.

4. Jam ad ipsum *Strabonem* praevertendum, virum prudentem, sobrium, eruditum, cui plurima Eratosthenicae geographiae debentur, saepe defensa, saepius acriter vituperata. In qua re fidem quidem auctoris nusquam desideres, sanum vero nec studio occupatum iudicium frequentissime: quod inprimis contra Strabonis librum valet primum, ubi quae pro Homero protulit, ne semel quidem verum attingunt, Stoicorum sententiis de Homeri variarum rerum peritia absolutissima ingenium hominis ceteroquin perspicacissimum mire praepedientibus. Multae eius nugae super isto argumento proferri possent, si maiorem primi libri partem exscribere liberet. Sed etiam aliam ob caussam Strabo Eratosthenem satis iniquum habuit, invitus tamen, ut qui ab mathematicis abhorreret. Proinde nec mirabile accidit, quod Eratosthenis systema universum repetiit, quod a multis dudum intellectum fuit; nec vitii aut cupiditatis in loco ponendum, si illius opiniones minus percepit, veluti I. p. 54. Sed quod Gossellinus scribit (Géogr. des Grecs analysée p. 58.), geographiae moderatrices, prout senserant Eratosthenes, Hipparchus et Posidonius, mathematicas esse disciplinas a Strabone negatum fuisse, provocans ad libri II. p. 94, ne vestigium quidem talis opinionis ibi reperitur; fortasse is per errorem ex Commentatt. Acad. Inscr. t. 26. p. 110. explicandum duobus ex locis alterum neglexit, qui legitur p. 110.

Memorat *Serapionem* quoque Cicero ad Atticum II, 6. *Etenim γεωγραφικὰ quae constitueram magnum opus est: ita valde Eratosthenes quem mihi proposueram a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur. Quid censes, si Tyrannio accesserit?* Sed ignorabilem hominem ac maiori tantum ut videtur Plinio adhibitum ne Strabo quidem cognovit.

5. Ex antiquis Nostri censoribus postremo loco indicandus est *Marcianus Heracleota.* Epitomator iste gravem de Eratosthene sententiam pronunciavit Periplo p. 64. *Ἐρατοσθένης δὲ ὁ Κυρηναῖος οὐκ οἶδα τί παθὼν τὸ Τιμοσθένους μετέγραψε βιβλίον, βραχέα τινὰ προσθεὶς, ὥς μηδὲ τοῦ προοιμίου τοῦ μνημονευθέντος ἀπέχεσθαι, ἀλλ' αὐταῖς λέξεσι κἀκεῖνο τοῦ οἰκείου προθεῖναι συγγράμματος.* Quod si nihil suspecti verba modo allata continerent, fides hominis, utpote qui aliam calumniam pagina praecedenti profuderit, unumquemque deberet difficilem praestare; nunc autem, cum mendacium manifestissimum fronte perfricta inferre sustinuerit, tum prooemium, tum reliqua Timosthenici operis compilata cavillans, neminem ne per momentum quidem temporis morabitur. Neque enim prooemium Eratosthenes, a Timosthene longe diversissimus, exscribere potuit, et omne istud dicterium Strabonis II. p. 92. verba quam maxime contraria, mox apponenda, statim ad nihilum redigunt. Verumtamen undenam deprompserit ineptiam pingui Minerva excogitatam, paucis inquirere liceat. Conditionem utique nonnisi duplicem quaestio admittit, aut Marciani adhuc tempore Eratosthenis, praeter Timostheneum, opus versari, aut utraque scripta dudum periisse. Jam vero priorem si statueris, plane incredibile est, quomodo impudens iudicium, torpentibus licet studiis, effutire potuerit: quandoquidem cuiusvis non adeo litteratissimi refutationem metuere debebat; igitur opera a se commemorata non iam usurparit. Accedit ut id ipsum de Johanne Philopono, qui Arrianum adhibeat testem pervulgatissima in re, viro ab Marciani aetate non procul remoto, satis constet (v. fr. XLIII.). Quae cum ita sint, nihil prius videtur, quam ut eam notationem Artemidoro vindicemus; cuius etsi nulla eiusmodi vituperatio Eratosthenis affertur (v. fr. LXIX. sq. LXXI.

CXXI. CXXVI.), nihil tamen obstat, quominus geographus ille Eratosthenea acrius attigerit. Proinde si ponas, eadem quam Polemo viam institit Artemidorum itidem abusum complura ab Eratosthene ex Timosthenis libro derivata in compilationem praepropere convertisse, error Heracleotae, qui voces amplificantes pro accuratissima auctoris sententia existimarit, aliquanto credibilior evadit.

Aevo recentiore Geographica Eratosthenis duo viri colligere et concinnare studebant, Ancherus et Seidelius; quorum prior si propositum perficere potuisset, longe plura praestiturus erat: nihil enim aliud quam particulam primam diatribae in fragmenta Geographicorum (Gottingae 1770. 4. pp. 26.), nonnisi Homericam Nostri disputationem exhibentis, emisit. Nihil de hoc inaudivit Seidelius, qui libellum satis magnum (ibid. 1789. 8. fere pp. ducentarum) conscripsit; ea collectio mediocri eruditione ex Strabone inprimis ac perpaucis aliis fuit corrasa, neque plena, neque dilucide adornata, ita ut vim et rationem Eratosthenei operis perspicias, neque iudicio insignis probabili: nec mirum, cum auctori etiam per falsissima, in quaestione praesertim de Homeri geographia, Strabonem sine suspicione adeo sequi placuerit. Accuratius, sed alio spectans, nec raro Gallica levitate rem pertractavit Gossellinus in utroque opere aliquoties laudato, additis etiam duabus ex Eratosthenis mente delineationibus orbis terrarum. Idem praestiterunt Mannertus (Geogr. d. Gr. u. Roem. Norib. 1788. ubi pauca de Eratosthene dedit.), et I. H. Vossius post editas a se Virgilii Eclogas. Viri illi eruditi quomodo Geographorum principis sententias exhibuerint, vel potius exhibendas censuerint, si quis cupidus est cognoscendi, eorum ipsi labores adeantur; eadem hic repetere non libuit. Nam Gossellinus qui unus parallelorum rationes attulit, plu-

rima ex arbitrio finxit; neque omnino fieri potest, ut ex antiquis argumenti notitiis admodum sparsis satis certo istiusmodi quaestio constituatur. Immo cum longitudinem plerumque hypothetica ratione attributam fuisse constet, verisimilis videtur Mannerti p. 111. opinio, non omnino gradus tabulis indicatos esse.

Jam fatis Geographicorum enarratis in alterum campum multo maioris et molis et emolumenti descendendum est.

Res fuit negotii apud antiquos minime contemnendi, operis geographici et pleni et accurati compositio. Sive enim subsidia spectes, quibus in conformatione systematis ex geometria et astronomia instituenda uti illis licuit, sive observationes requiras diligentes ac regionibus remotis consecratas: ab utroque genere copiarum, quibus geographia sine detrimento carere nequit, parum beatos naturaque, Graecorum fautrice benignissima, minime adiutos fuisse confitendum est. Gnomon nimirum, unicum adminiculum, satis graves effecit errores; saepe quoque ex climatibus terrarumque indole gradus lubrica erant coniectura assignandi; omnino perpauca oppida ex latitudine disposita, nihilominus geographo disponenda; quin longitudo, coelo nihil adiuvante, secundum peregrinantium computationes plerumque arbitrium suum interponentium attribuebatur, unde meridiani curvissima conversio. Perspecte de his exposuit Mannertus p. 92. 107. seqq. In rebus adeo desperatis quantam sagacitatis vim et sollertiam intima geometriae peritia suffultus expediverit Eratosthenes, est profecto ut quam maxime admiremur ac suspiciamus. Documentum fragmenta praestant divisi emensique orbis deinceps exhibenda. Jam cum ea quae viri illius rationes effecissent omnibus, adversariis quoque, probata fuissent, nihil singulare laudationi non-

nul-

nullorum satis magnificae amplius inerit. Igitur Plinius II. 112. Eratosthenem vocat in omnium quidem litterarum subtilitate, et in hac utique praeter ceteros sollertem, quem cunctis probatum sese videre; Censorinus vero, praeclare excogitatis obstupefactus, illum orbis terrarum mensorem designat. Aliud autem obstaculum in observationibus raro conscriptis versabatur, unde factum fuit, ut de Europae regionibus ultra columnas Herculis fere nihil nisi per Pytheam Eratosthenes compertum haberet; vixdum Romani in Aegyptiorum notitiam venerant: nam Timaei opus adiumenti nihil praestare potuisse et ipsa hujus fragmentorum quae supersunt natura persuadet, et vero fabulae etiam ab Eratosthene proditae, melioribus in subsidiis procul dubio abiiciendae, liquido confirmant. Verum longe maius impedimentum ipsum afferebat Graecorum ingenium, ut qui ad observandum sine studio et admixtione morum alienorum minime essent idonei; quamobrem nihil mirum acciderit, quod hominum vel invitorum imaginandi iudicandique vim multiplices errores obreperent. Neque Eratosthenes, quantumvis industrius et peracutus ad mendacia istiusmodi rimanda et cernenda, ubique poterat a peccatis sibi providere. Suppetebat sane litteraria supellex largissima, quam praebebant bibliothecae et Alexandrina et Nostri ipsius, teste Hipparcho ap. Strab. II. p. 69. (*ἐντετυχηκὼς ὑπομνήμασι πολλοῖς, ὧν εὐπόρει, βιβλιοθήκην ἔχων τηλικαύτην, ἡλίκην αὐτὸς Ἵππαρχός φησι.*); copiam etiam commercia Alexandrinorum florentissima multarum cognitionum faciebant; ipsum Eratosthenis aevum non inter minima fuerit adiumenta referendum, eodem diserte memorante (v. fr. XXIV.). At Alexandrina habitatio nondum ut res docet satis profuit; neque bibliothecae ex nostrorum temporum modulo censendae sunt: et felicitas aevi istius praeter monstruo-

sarum de interiore Asia atque inprimis de India fabularum cumulum et itineraria complura, duo tantum capitalia Patroclis et Timosthenis opera ad lucem emisit. Equidem ingenio Eratosthenis philosophico diligentiaeque studiosissimo opus erat; in eoque omnes, quotquot istud argumentum attigerunt, consentiunt, admonentibus etiam iis fragmentis quae ad Geographica pertinuerunt, Graecorum primum ac proinde omnium populorum geographici systematis maximum virum extitisse auctorem. Ac licet in eo genere mentem coryphaei perspicere quam clarissime, quae et ab opinionibus praeiudicatis remotissima esset, et genuina adulterinis acerrime seiungeret, et quaecunque amplecteretur ad certam quandam formam certumque ambitum revocaret. Inter philosophos qui geographiae operam insumpserint praeter alios refert Strabo initio operis; sed ambigue praedicat I. p. 14. et 15. loco iam exposito: *Ἔστι δ᾽ ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ᾽ Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι· οὔτ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον πιστός, ἐφ᾽ ὅσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλείστοις ἐντυχών, ὥς εἴρηκεν αὐτός, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν*: quae ad philosophicam eius eruditionem spectare sequentia evincunt. Clarissime tamen statim suam explicat mentem: *Δηλοῖ δὲ*, inquit, *καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ᾽ αὐτοῦ πραγματεία καὶ μελέται καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ· διότι μέσος ἦν τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν καὶ τοῦ μὴ θαῤῥοῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην* (i. e. *ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν*), *ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασίν τινα ταύτην ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένου πρὸς διαγωγὴν ἢ καὶ παιδείαν· τρόπον δέ τινα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τοιοῦτος*. Non sane est, quod tale iudicium miremur ab homine profectum, cui quidem eorum

omnium quibus refutandis vacavit unus Eratosthenes tanta facessivit negotia, ut primo in libro, ipsi fere consecrato, omnes omnino contra illum machinas excogitaverit; quin ea ipsa verba, quae demonstratione praetermissa statim persequendae contra Homerum argumentationi vim et auctoritatem detractura erant, angustias Strabonis nudare opinor. At si ipsi studio vel ira excussa viam illius Geographorum principis attente perpendimus, non potest obscurum esse, rationem philosopho dignissimam iniisse. Non extat acutior in huiusmodi genere disputatio, quam quae de Homeri in rebus geographicis auctoritate fuit expedita, eoque magis admiranda, quod insequentium antiquitatis eruditorum nemo fere eandem disceptandi methodum, ita ut non aliunde adscitae offerrentur sententiae, adoptavit; immo plerique allegorias longe ineptissimas venabantur. Deinde in eandem laudis societatem perspicax illa venit de finibus neque discernendis, neque utilibus, sententia (fr. LV.); cui vicinum fuit affine iudicium, quod ad hominum genus in Graecos Barbarosve disparatum pertinuit: cuius vel e longinquo simile quid per universum qua late patet Graecarum litterarum ambitum non inveniri suspicor. Praeterea insignis illius perspicacitatis vim multifariam explicant fr. XXIX. XXXI. XXXIV. XLV. LXXXIX. XCIII. CVI. Verum etiam in diversa agendi via philosophicum viri agnoveris ingenium. Narrat enim Strabo II. p. 94. (notavit iam de la Nauze loco ad fr. XLII. indicato p. 110.) *Ἐν τῷ τρίτῳ φησί (Ἵππαρχος), τὴν μὲν πλείω θεωρίαν ἔσεσθαι μαθηματικήν, ἐπὶ ποσὸν δὲ καὶ γεωγραφικήν· οὐδ᾽ ἐπὶ ποσὸν μέντοι δοκεῖ μοι ποιήσασθαι γεωγραφικήν, ἀλλὰ πᾶσαν μαθηματικήν, διδόντος καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους τὴν τοιαύτην πρόφασιν. Πολλαχοῦ γὰρ ἐκπίπτει πρὸς τὸ ἐπιστημονικώτερον τῆς προκειμένης ἱστορίας· ἐκπεσὼν δὲ οὐκ ἀκρι-*

βεῖς; ἀλλ' ὁλοσχερεῖς ποιεῖται τὰς ἀποφάσεις· τρόπον τινὰ ἐν μὲν τοῖς γεωγραφικοῖς μαθηματικός, ἐν δὲ τοῖς μαθηματικοῖς γεωγραφικὸς ὤν· ὥστε πρὸς ἄμφω δίδωσιν ἀφορμὰς τοῖς ἀντιλέγουσιν. (Cf. p. 92. et memorabile fr. LVIII. quod conatus viri complectitur terram ad mathematicas figuras redigentis.) Vix poterat vividius et luculentius Eratosthenis sollertia exprimi, qui cum quaecunque observata superiorum aevorum sparsa ac tumultuaria reperiret, in ordinem sibi cogenda intellexisset, nihil prius recte perspexit, quam ut, adiuvante geometrica disciplina, civitatum enumeratione quippe quae nondum accurate posset perfici non adeo curata, systema construeret, cui a posteris ea quae summam operis non constituerent deinceps essent ingerenda. Sed tamen longe aberraret, qui in iis quae a mathematica non penderent Eratosthenem minus valuisse existimaret. Etenim tribus maxime auctoribus fidem habebat, Pytheae, Patrocli, Timostheni; ac singulatim quos testes de India adhibuerat praedicavit Strabo II. p. 70. Ipse cum Graeciam peragraverat, tum necessitudinem cum elegantissimis viris illam illustrantibus contraxerat. Testis est Strabo VIII. p. 384. (fr. LXXXV.) coll. I. p. 15. (p. 18.) Jam si Pytheam, hominem nec veracem, neque in omnibus falsarium super Hispania et Britannia sequebatur, fecit ille necessitate adactus, crisis severioris copia suppetente nulla. Proinde non debebat a Polybio reprehendi, qui Strabonis censuram non effugit II. p. 104. *Φησὶ δ' οὖν ὁ Πολύβιος ἄπιστον καὶ αὐτὸ τοῦτο, πῶς ἰδιώτῃ ἀνθρώπῳ καὶ πένητι τοσαῦτα διαστήματα πλωτὰ καὶ πορευτὰ γένοιτο; τὸν δ' Ἐρατοσθένη διαπορήσαντα εἰ χρὴ πιστεύειν τούτοις, ὅμως περί τε Βρετανικῆς πεπιστευκέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ· ὁ μέν τοί γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγ-*

χαίαν λέγει πλεῦσαι, ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον Εὐρώπην πᾶσαν, ἣν οὐδ᾽ ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι. Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα δέ, μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος. In puerilem comparationem Pytheae et Euhemeri vix queas pro merito ludificatam invehi; ad postrema Strabo haec verissime: *Τὸ μὲν οὖν μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος, γελοῖον· ὥσπερ ἐκείνῳ χρήσασθαι κανόνι προσῆκον, καθ᾽ οὗ τοσούτους ἐλέγχους αὐτὸς προφέρεται. Ἐρατοσθένους δὲ εἴρηται ἡ περὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια.* Potius admirandum erat, etiam de Hercynia silva Nostrum inaudiisse. Locupletior autem testis extitit PATROCLES*) Alexandri fere aequalis, cuius fidem et ipse fr. LVII. extulit, et Strabo, laudis non ita prodigus, contra Hipparchi reprehensionem supra exploratam egregie sustentavit. II. p. 69. *Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπακολουθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατονομάζει· οἱ γὰρ κατ᾽ ἐκείνων ἔλεγχοι πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ᾽ ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησιν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος.* Neque vero temere illi auscultabat, sed ubi collatis auctoribus Patrocles errare videretur, ne huius quidem narrationem reiicere dubitabat: cuius facti vide exemplum fr. CVIII. Tertius est TIMOSTHE-

*) Minus accurate *Πάτροκλος* audit Athenaeo VIII. p. 334. A. B. XIV. p. 621. A.

NES, Ptolemaei Philadelphi nauarcha, qui decem libris de portubus disseruerat: de quo multus est Vossius de histor. Gr. p. 109. Hunc quoque ab Eratosthene adhibitum fuisse, significat rumor iste apud Marcianum Heracleotam nimium exaggeratus (supra p. 14.), docetque Strabo II. p. 92. *Ἔστι δὲ τοσοῦτο τῶν ἁμαρτανομένων ἐν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους τὸ πλῆθος, καὶ ἔτι Τιμοσθένους τοῦ τοὺς λιμένας συγγράψαντος, ὃν ἐπαινεῖ μὲν ἐκεῖνος μάλιστα τῶν ἄλλων· διαφωνῶν δ' ἐλέγχεται πρὸς αὐτὸν πλεῖστα.* Unde iterum intelligitur, etiam Timostheni censuram fuisse ab Eratosthene admotam, qui si, cautione licet usus, de obscuris regionibus erravit, nihil adeo est quod miremur. Multo igitur magis minores testes, Dicaearchum, Deïmachum, Megasthenem persecutus est et ad examen revocavit, in eaque via adeo non ab diligentia defecit, ut etiam homines sublestos fusius vel refutaret vel afferret. Sic praeter Anaximandrum, Hecataeum; Xanthum fr. XXXI.; Aristobulum, Nearchum fr. CXIX., Anaxicratem fr. seq., utebatur etiam scriptore quisquis fuit Macedonicorum fr. LXXX. Laudandum, non cum Strabone notandum est id facinus, initiis geographiae in scientiam redigendae pernecessarium; neque caussa est quod eius iudicium hic moretur, cum nimium manifesto voluptatem magis legentium, quam severam erudiendi viam affectaverit. Strabonis verba haec sunt I. p. 47. *Οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις. — Ὁ δὲ Δαμάστῃ χρώμενος μάρτυρι οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσήνιον* *)

*) Mirum sane, Casaubonum, quem non latuerant Stephani v. *Βέργη· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία, Βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν·* hinc insequens glossema *ἢ τὸν Μεσσήνιον* non iam perspexisse.

Εὐήμερον, καὶ τοὺς ἄλλους οὓς αὐτὸς εἴρηκε διαβάλλων τὴν φλυαρίαν. Καὶ τοῦτον δ' ἕνα τῶν λήρων (nugatorum) *αὐτὸς λέγει, τὸν μὲν Ἀράβων κόλπον λίμνην ὑπολαμβάνοντος εἶναι.* Cf. fr. XXXV. CXXIV. Sed studio non abreptus meliora pro ipso Eratosthene vir optimus protulit II. p. 76. *ὥσπερ τοῦ Ἐρατοσθένους προηγουμένως τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἐγκρίνοντος, ἀλλ' οὐ κοινῷ τινι ἔθει χρωμένου πρὸς τοὺς ματαιολογοῦντας. Εἷς γάρ τις τῶν πρὸς τοὺς ματαίους ἀντιλέγοντας ἐλέγχων ἐστίν, ὅταν αὐτὴν τὴν ἐκείνων ἀπόφασιν ὁποία ποτέ ἐστι δείξωμεν ἡμῖν συνηγοροῦσαν.* Tandem sat multos commentarios, plerumque anonymos, excitavit. Strabo II. p. 69. *Ταῦτα γὰρ ὁ Ἐρατοσθένης λαμβάνει πάντα, ὡς καὶ ἐκμαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις γενομένων, ἐντετυχηκὼς ὑπομνήμασι πολλοῖς* —. p. 71. *καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματά φησιν ἐκ πολλῶν συνάγειν τῶν τοὺς σταθμοὺς πραγματευσαμένων· τινὰς καὶ ἀνεπιγράφους καλεῖ.* Adde fr. XC. CVIII. CXV. Quod Gossellinus (Recherches T. I. p. 54.) ait, Hipparchum Eratostheni tacitam auctorum compilationem exprobrasse, Strabonem vero non satis potuisse illum defendere, ea usquequaque temere corrasa fuerunt; simulque alia eiusdem coniectura labitur (T. IV. p. 334.), longitudinis intervalla Eratosthenem ex aliis iisque accuratis operibus deprompsisse, nesciisse tamen stadia illic adhibita ad diversos esse modulos exacta. Tale enim erratum, etiamsi fides ac diligentia Eratosthenis non satis esset spectata; qualis quidem est, neque Strabo unquam addubitavit; quicunque vel levem ingenii illius adumbrationem animo conceperit, statim reiiciat oportet. Namque in eiusmodi quaestione Straboni ipsiusque Eratosthenis testimonio fr. XXVIII. malim inniti, quam ad auctores perexigui momenti provocare, veluti

Plinium V, 6. (Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati) Scymnumve Chium v. 112. sqq.

τῷ τὴν γεωγραφίαν γὰρ ἐπιμελέστατα
γεγραφότι, τοῖς τε κλίμασι καὶ τοῖς σχήμασι,
Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος.

Sed vana audacia superiores reprehensiones alia eiusdem (Géogr. des Grecs analysée p. 37.) longe antecedit. Suspicatur nimirum, maxime favore Aegyptii regis complexum late patentem scientiae obtigisse Eratostheni, unde fontes obscurasse et sustulisse eum videri, ut quos neque Hipparchus, neque Ptolemaeus recuperarint. Atque eam opinionem inde praecipue confirmari, quod per Eratosthenis sententias errores veris intermixti reperiantur, qui eidem neque auctori, neque saeculo tribui queant; cum praesertim etiam satis vicinae regiones istis scateant, demonstrante vel immensa, illo iudice, Rhodi et Italiae distantia, quamvis commercia civitatum Magnae Graeciae Siciliaeque cum metropolibus Asiaticis vel Europaeis instituta de genuina utique admonere debuerint. Eam vero cum similibus negligentiam ab ipso Eratosthene fuisse profectam, evincere locum Strabonis I. p. 47, exprobrantis adversario, quod in obscurarum terrarum numero eas rettulerit, de quibus satis constet, ac de mari Adriatico fabulas ne plebi quidem credibiles ingesserit. Reperiri tamen etiam sanam doctrinam. Quae argumenta licet sua ipsorum futilitate levius ponderata corruant, nonnulla subiungere visum fuit, ne defensor Eratosthenis, in gravissima accusatione maximo viro defuisse existimarer. Primum igitur omnino, quo fundamento universa ea hypothesis nititur, stabile quidpiam praestare pernego, antiquorum hominum cuipiam libri cuiuscunque vulgari usui eripiendi copiam fieri potuisse, atque in somniorum anilium censu quae istiusmodi sententiam respiciant ponenda contendo, veluti nugas de Pla-

tone plagiario et quae eiusdem generis sint: quod quia gentium conditio vetustarum intentius spectata neque ad hodiernam rem litterariam exacta sine molestia e vestigio indicat, demonstratione non egere iudico. Sed poterat illa reprehensio statim fr. LVIII. LX. CVIII. perpensis abiici, ubi Eratosthenes, quae nondum per dimensiones enumeratae sint regiones, ideo a se omissae, candide confitetur. Deinde vellem aliquanto firmioribus communiisset momentis opinionem suam vir ille ingeniosus: quid enim ad doctum Alexandrinum commercia Graecarum civitatum? tanquam inde fundamenta systematis geographici construi possent. Atqui non debebat ille Strabonis verba II. p. 93. a se ipso p. 39. significata negligere. Ait enim testis locupletissimus: *Καὶ νῦν δ' εἰρήσθω, ὅτι καὶ Τιμοσθένης καὶ Ἐρατοσθένης — ἐπιπολὺ ἀγνοίας ἐτύγχανον ἀφιγμένοι καὶ τῶν κατ' Ἰταλίαν, καὶ τὸν Ἀδρίαν, καὶ τὸν Πόντον, καὶ τῶν ἐφεξῆς μερῶν τῶν προσαρκτικῶν. — Τοῦ γὰρ Ἐρατοσθένους ἐπὶ τῶν πόῤῥω διεστηκότων τὰ παραδεδομένα φάσκοντος ἐρεῖν διαστήματα, μὴ διϊσχυριζομένου δέ, καὶ λέγοντος ὡς παρέλαβε, προςτιθέντος δ' ἔστιν ὅπου τὰ ἐπ' εὐθείας μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐ δεῖ προςάγειν τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον τοῖς μὴ ὁμολογουμένοις πρὸς ἄλληλα διαστήμασιν.* Vides eum fidem viri contestari, vides Eratosthenem summa copiarum inopia coactum aliis, sed tamen dubitanter, obsecutum fuisse. Sed ne inopiam istam cavilleris, considera, sodes, quantis ipse Strabo angustiis coarctatus sit, qui de Ariana nihil sese habere ideoque Eratosthenis descriptionem apponere, apertis quam maxime verbis manifestet. Et quis tandem Hipparcho et Ptolemaeo vetustiora subsidia occlusa esse memoravit? quod neque de Hipparcho per Strabonem constat, et de Ptolemaeo addubitare licet. Ista brevibus significata oportuit.

De scribendi genere quod Eratosthenes in Geographicis sectabatur non adeo res in propatulo est, cum perpaucae aliquanto prolixiores reliquiae ipsis genuinis nominibus nostra attigerint tempora; his quidem simplicitatem incomtamque sermonis conformationem non abiiudicaveris. Sed occurrunt etiam poeticae dictiones, ut apud Strabonem XV. p. 693. ἐκ Διός.

Praevertor ad fragmenta operis Eratosthenici, inscripti Γεωγραφικῶν nomine, quo designavit post Strabonem I. p. 29. II. init. XV. p. 688. Schol. Apollonii Rh. IV. 259. 284. 310. Nam quod Γεωγραφούμενα affertur a Steph. Byz. v. Δυῤῥάχιον, scriptore vitae Arati in Petavii Uranologio p. 269. init. Schol. Eurip. Med. 2. et Schol. Apollon. Rh. IV. 1215, vel Γεωγραφία ab eodem Scholiasta IV. 131, istas inscriptiones pro arbitrio Grammaticorum confictas fuisse eo demonstratur, quod neque Γεωγραφούμενα pariter ac Μυθολογούμενα aptum erat libro indicando, neque Γεωγραφία auctori antiquo, qui non omnem geographiae ambitum et quasi ipsam scientiam teneret et complecteretur, sed quae ad geographiam constituendam valerent edissereret, satisfacere poterat. Ille etiam aliorum de geographia scriptorum index adhibetur, veluti Artemidori et Apollodori (neque enim caussa erat, cur Heynius ad eundem p. 432. reprobaret.), tum ab auctoribus minus accuratis, tum magis ex recentiore usu negligenter adscitus, potius ad librum indicandum, quam ut diligentissime laudaretur. Accedit aliud argumentum ex Straboris locis I. p. 62. 66. colligendum, qui universum opus τὰ ὑπομνήματα, singularem eiusdem librum τὸ ὑπόμνημα, qualia neutri titulorum conveniunt, appellavit. Jam Geographicorum liber primus (extabant autem omnino tres) postquam fata geographicae apud Graecos cognitionis exposuerat, ab Homero

repetita atque ad novissimos geographos deducta, de figura telluris tractabat eiusque caussis; secundus in refingendis tabulis versabatur, addito mathematico physicoque apparatu multiplici, ad mensuras spectanti; cui cum disquisitionem de recta terrae divisione annecteret, apte quasi viam sibi struebat ad argumentum libri secuturi. Tandem tertius regiones ex Eratosthenis mente dispositas explicuit.

FRAGMENTA LIBRI PRIMI.

1. Sectionis prioris historiam geographiae complexae.

I. Strabo I. p. 16. *Χωρὶς δὲ τούτων ὁ Ἐρατοσθένης ἑαυτῷ μάχεται. Μικρὸν γὰρ πρὸ τῆς λεχθείσης ἀποφάσεως ἀρχόμενος τοῦ περὶ τῆς γεωγραφίας λόγου, φησὶν ἅπαντας καταρχὰς φιλοτίμως ἔχειν, εἰς τὸ μέσον φέρειν τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἱστορίαν. Ὅμηρον γοῦν ὑπέρ τε τῶν Αἰθιόπων ὅσα ἐπύθετο καταχωρίσαι εἰς τὴν ποίησιν, καὶ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην· τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τοὺς σύνεγγυς τόπους καὶ λίαν περιέργως ἐξενηνοχέναι, πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην λέγοντα, Ἁλίαρτον δὲ ποιήεντα, ἐσχατόωσαν δὲ Ἀνθηδόνα, Λίλαιαν δὲ πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο· καὶ οὐδεμίαν προσθήκην κενῶς ἀποῤῥίπτειν. Πότερον οὖν ὁ ποιῶν ταῦτα ψυχαγωγοῦντι ἔοικεν ἢ διδάσκοντι; διδάσκοντι, νὴ Δία· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκε.* Apollodorum illa expilasse supra fuit monitum. Sed suavis haec Strabonis demonstratio pertinet ad Eratosthenis dogma modo memoratum:

II. p. 15. *Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας.* Jam priorem suam argumentationem his conclusit Strabo: *Οὐκοῦν ἐχρῆν οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ποιητὴς τὰ μὲν ψυχαγωγίας χάριν μόνον ἐκφέρει, τὰ δὲ διδασκαλίας· ὁ δ' ἐπήνεγκεν, ὅτι ψυχαγωγίας μόνον, διδασκαλίας δ' οὔ.* Idem p. 7. init. *Οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκα-*

λίας χάριν. Chrestomath. ex Strabone p. 5. vol. II. Huds. *καὶ τὴν ποιητικὴν οὐ φιλοσοφίαν πρώτην ἠξίου καλεῖν, ἀλλὰ μόνην ψυχαγωγίαν τινά, κακῶς λέγων.* Imitationem Agatharchidis de rubro mari p. 12. *οὐδὲ τοὺς ἄλλους εἰς ἐπιτίμησιν ἄγω, διασκευαῖς ἐν τοῖς δράμασι χρωμένους ἀδυνάτοις, ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής,* observavit Ancherus p. 9, qui cum placitum illud non sine limitatione quadam verum esse pronunciavit, tum plerisque antiquis criticis, tum permultis recentiorum iudicibus non plus sese vidisse demonstrat. Verissime enim ita Eratosthenes censuerat, antiquitatis indole penitus perspecta, vel ex censore elegantissimo, Aristophane, cognita, qui ob id ipsum Euripidis ausum, poesin a generosa animi oblectatione et correctione ad doctrinam perducendi morose et accurate more Socratico tractantem, notis saepenumero acerbis nec profecto iocose excogitatis eius poemata castigavit. Sed distinctius etiam mentem suam novo explicabat momento:

III. p. 16. *Καὶ προσεπεργάζεταί γε, πυνθανόμενος, τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας, ἢ γεωργίας, ἢ ῥητορικῆς, ἢ οἷα δὴ περιποιεῖν αὐτῷ τινες ἐβουλήθησαν. Τὸ μὲν οὖν ἅπαντα ζητεῖν περιποιεῖν αὐτῷ, πρὸς ἐκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ· — τοῦτο μὲν δὴ ὀρθῶς ἂν λέγοις, ὦ Ἐρατόσθενες· ἐκεῖνα δ' οὐκ ὀρθῶς, ἀφαιρούμενος αὐτὸν τὴν τοσαύτην πολυμάθειαν, καὶ τὴν ποιητικὴν γραώδη μυθολογίαν ἀποφαίνων, ᾗ δέδοται πλάττειν, φησίν, ὃ ἂν αὐτῇ φαίνηται ψυχαγωγίας οἰκεῖον.* Eidem p. 22. Eratosthenes memoratur, *ποιητὴν ἅπαντα ἀποφήνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἐμπειρίαν, μήτε τεχνῶν πρὸς ἀρετὴν [αὐτοῦ] συντείνειν νομίσας.* Anilem fabulam et nugas poeticen ex mente Nostri non declarari Ancherus recte contra Coelium Rhodiginum Lectt. antiq. IV, 1. p. 156.

severe illa interpretantem, admonuit; sed latuit eum, multo maiorem virum, G. J. Vossium Institutt. orator. IV. p. 202. a. opp. t. III., huic ipsi explicationi assensum fuisse. Ne hic quidem a vero aberravit Eratosthenes, opinionem omnibus fere grammaticis infestam periclitatus, etiamsi geographiae peritia Homero detrahatur, nihil ideo poeticae virtutis eripi, siquidem poeta possit varia eruditione carere. Namque eruditionem nemo vetustorum poetarum affectavit, uno qui memorabatur Euripide excepto, cui primo privatorum hominum insignis bibliotheca attribuitur; verumtamen ne huius quidem nomen hac in quaestione quidquam efficit, cum philosophum unice eum fuisse constet. Deinde quod Eratosthenis sententiae, qua proposito suo conducibilia poeticae fingere liceat, subscribere Strabo verecundatur: oblitus fuit clarissimi hanc in rem documenti, Aeschyli Persarum, qua in eadem fabula ab regis aequali et Marathonio victore non solum Darium unquam damna clademve fecisse negatur, verum etiam ingens illius exercitus per Graecos interiisse perhibetur. Gemellam priori sententiam hisce adiunxit:

IV. Polybius ap. Strab. I. p. 25. *Τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθανόν, οὐδ' Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης φησί, κελεύων μὴ κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ' ἱστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν.* Ancherus qui p. 10. Homericis fabulis veritatem non inesse, sed omnia ficta ab Eratosthene pronunciatum narrat, idem commisit, quod eadem pagina in Rhodigino vituperarat. Ab hac igitur argumentatione non procul abfuit fundamentum, cui universa illa doctrina de Homero geographo superstructa erat:

V. *Ἐπαινεῖ γὰρ* (Apollodorus) *Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος καὶ Ὅμηρον καὶ ἄλλους τοὺς παλαιοὺς τὰ μὲν Ἑλληνικὰ εἰδέναι, τῶν δὲ πόῤ-*

ῥω πολλὴν ἔχειν ἀπειρίαν, ἀπείρους μὲν μακρῶν ὁδῶν ὄντας, ἀπείρους δὲ τοῦ ναυτίλλεσθαι. Reliqua v. supra p. 2. Idem I. p. 18. *Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὥςπερ Ἐρατοσθένης εἴρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόῤῥω πολλὰ λέγει καὶ δι' ἀκριβείας Ὅμηρος.* Demonstraturus Eratosthenes his exemplis utebatur:

VI. Idem I. p. 22. *Ὁ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις* (eorum qui aut asseruerunt, aut negarunt, Ulyssem ut Homerus tradidit ad Siciliam et Italiam pervenisse) *ἀπήντηκεν οὐκ εὖ, πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειρᾶται διαβάλλειν τὰ φανερῶς ψευδῆ καὶ οὐκ ἄξια λόγου, διὰ μακρῶν· πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητήν τε ἅπαντα — νομίσας* (fr. III.), *τῶν τε μύθων τῶν μὲν ἐν τόποις οὐ πεπλασμένοις πεφημισμένων, οἷον ἐν Ἰλίῳ καὶ Πηλίῳ καὶ Ἴδῃ, τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν αἷς αἱ Γοργόνες ἢ ὁ Γηρυόνης, ταύτης φησὶ τῆς ἰδέας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους· τοὺς δὲ μὴ πεπλάσθαι λέγοντας, ἀλλ' ὑποκεῖσθαι, ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ψευδομένους· τὰς γοῦν Σειρῆνας τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρηνουσσῶν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους· εἶναι δ' αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον, διείργοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον.* Qui neque scopulum tres vertices proferentem, neque omnino scopulum esse Sirenussas concedit, Strabo, aperte cum umbra dimicuit, cum descriptio ea insularum nihil ad rem Eratosthenis fecerit, sed partem explicationis Homericae a nonnullis prolatae constitueret: ista enim correctio prorsus nullius foret utilitatis, neque si novissima Eratosthenis erant, ita particula *δέ* annexa orationi finem imposuisset. Non minus Ancherus erravit p. 11. sqq., sat multos errores de Sirenussis, non pro insulis, sed promontorio habendis, effundens. Pro-

montorium nimirum Minervae *Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον* appellatum: teste Strabone V. p. 247. VI. p. 252. Plinium quoque III, 5. in promontorio Minervae sedem Sirenum collocare; eam enim esse veram lectionem contra Salmas. Plin. Exercitt. p. 62. alterum Plinii testimonium confirmare II. 88. avellit (rerum natura) Leucosiam Sirenum promontorio; apud Aristotelem vero Mirab. Auscultatt. ab Stephano Byz. v. *Σειρηνοῦσσαι* exscriptum, illa, *φασὶ τὰς Σειρηνούσσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας τοῦ προπεπτωκότος τόπου,* vertenda: prope ipsum verticem loci procurrentis; Eratosthenis sententiam sequi Dionys. Perieg. 360. Quae omnia temere convecta facile retinere potuisset, dummodo grammaticam paullulum consulere vellet. *Σειρηνοῦσσαι* enim secundum analogiam nihil nisi insulas Sirenum significabat; dubiumque eximit ipse Strabo, qui Eratosthenem scilicet refutaturus haec nos edocet: *ἀλλὰ ἀγκών τις ἔγκειται μακρὸς, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὀρεινῆς τὸ τῶν Σειρήνων ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ νησίδια τρία προκείμενα, ἔρημα, πετρώδη, ἃ καλοῦσι Σειρηνούσσας,* quae lectio perperam fuit sollicitata, eademque ratione *ἐν ταῖς Σειρήναις* extrema pagina corrigendum. Unde etiam aliud intelligitur, parum considerate Strabonem in adversariorum doctrina elevanda fuisse versatum, ut quem *σκόπελον* illum *τρικόρυφον Σειρηνουσσῶν,* quamvis locutione minus signata, nihil tamen aliud, quam tres insulas saxosas indicare lateret, quae fere nihil a prominenti ista terra distarent, ut protenus cohaerere viderentur. Jam vero abunde patet, quid sibi velit Leucosia, Sirenum insula, ab earundem promontorio avulsa, atque Aristotelicum locum, ipso *νήσους* subiuncto, manifeste, ut quod maxime, Sirenussas et promontorium, ne Ancheri quidem versione contradicente, distincta exhibere. Sed aliud fragmentum ad Ulyssis errores re-

spiciens facetia celeberrima historiam fabulosam cavillatur:

VII. De Polybio Strabo I. p. 24. *Οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, διότι φησὶ τότ᾽ ἂν εὕρεῖν τινα, ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συῤῥάψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν.* Repetiit Eustathius ad Od. κ΄. p. 1645. f. = 379, 29. *Ἐρατοσθένης μέντοι, φασί, παίζων πρός τε τὸν μῦθον καὶ τὸ ἀπίθανον τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, τότε ἂν εὕρεῖν τινα λέγει, ποῦ πεπλάνηται Ὀδυσσεύς, ὅταν εὕρηται* (l. *εὕρῃ*) *τὸν σκυτέα τὸν συῤῥάψαντα τὸν ἀνέμων ἀσκόν.* Quae Strabonem erroris coarguunt, Eratosthenem severam suam sententiam aliquatenus molliisse putantis:

VIII. I. p. 26. *ἅπερ* (id est, fabulosa de Sirenussis ac similibus) *οὔτ᾽ ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ, οὔτ᾽ ἄῤῥιζα καὶ ἀνέστια ἐᾶν, ἀληθείας μηδὲν προςαπτόμενα, μηδ᾽ ὠφελείας ἱστορικῆς. Καὶ αὐτὸς δὲ ὑπονοήσας τοῦτο ὁ Ἐρατοσθένης, ὑπολάβοι τις ἄν, φησί, τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προςεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ ποιεῖν, ἀποστῆναι δ᾽ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς πεπυσμένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τὸ τερατωδέστερον ἕκαστα ἐξάγειν.* Praeterea callidam eludit interpretationem quod statim eadem pagina Cyrenaei placitum affert:

IX. *Φησὶ τὰ πόῤῥω τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ εὐκατάψευστον.* Illa rationem *τοῦ ἐξωκεανισμοῦ* dedisse suspicatur Ancherus p. 14., quia Polybius ap. Strab. I. p. 25. adversus Eratosthenem disputans *τὸν ἐξωκεανισμὸν* refutare conetur, et Apollodori ap. eundem VII. p. 299, plurima Eratosthenis suos in usus convertentis, ea sit sententia. At cum *ἐξωκεανισμὸς* a Callimacho adoptatus fuerit, quod Apollodori loca supra apposita edocent, neque potuerit Eratostheni probari,

bari, quippe qui eo ipso cursus Ulyssis universos in nugarum numero habendos tradiderit, ista corruit suspicio. Tum accedit etiam magis censorium decretum:

X. Strabo p. 18. — τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἧς πολλὰ διαμαρτάνει, τούς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν. Ex interpretibus inprimis Callimachum notaverit; cf. Apollodorea supra p. 3. Neque haec severa disceptandi ratio quidquam veniae admittere potuit: quam quibus breviter, sed luculente Strabo exposuit, ea iam sequuntur:

XI. I. p. 27. Ἔτι δὲ ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύουσιν, καὶ μάλιστα Ὅμηρος, ζητῶν τί οἱ παλαιοὶ προςμυθεύουσιν, οὐ ζητεῖ, εἰ τὰ προςμυθευόμενα ὑπῆρξεν ἢ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, οἷς προςμυθεύεται τόποις ἢ προςώποις, περὶ ἐκείνων ζητεῖ τἀληθές· οἷον Ὀδυσσέως πλάνην, εἰ γέγονε καὶ ποῦ. Sed indignabundus ille reponit: Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου ποίησιν εἰς ἓν συνάγειν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν, εἴς τε τἆλλα, καὶ εἰς αὐτὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβεῖον ἀπονέμειν. Prorsus a sensu verborum contra grammaticam peccans Ancherus p. 15. aberravit, ita vertens: unusquisque, qui quid affinxerint antiqui quaerat, non de iis quae afficta esse sua sponte patet, quaerere debet, utrum re vera ante extiterint, vel adhuc existant, sed potius de locis et personis illis, quibus talia affinguntur, veritatem investigare, ut utrum Ulysses vagatus sit, et ubinam locorum. His satis ineptis Eratosthenem reprehendi opinatur, qui in refutatione sententiae omni prorsus veri specie destitutae iusto maiorem posuerit operam. Non sollicitanda erat vulgata versio.

Jam in hac disquisitione complura quae maxime ad Ulyssem facerent curate Eratosthenes persequebatur. Exemplum de Sirenussis agens modo affuit; alterum de Phaeacibus adhuc praesto est:

XII. Athenaeus I. p. 16. D. Ἀπολαυστικὸς δέ ἐστι παρ' αὐτῷ (Ὁμήρῳ) καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος· Αἰεὶ γὰρ ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε, καὶ τὰ ἑξῆς, ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης οὕτω δεῖν γεγράφθαι φησίν·

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τέ φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ, κακότητος ἀπούσης,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ.

κακότητος ἀπούσης, φάσκων, τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον γὰρ μὴ φρονίμους εἶναι Φαίακας, οἳ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὥς ἡ Ναυσικάα φησίν. Huic sua debet Eustathius ad Od. *ι*. p. 1612, 18 = 331, 17. Ἰστέον δέ, ὅτι τό, ὅτ' εὐφροσύνη ἔχει κατὰ δῆμον ἅπαντα, μεταγράφων Ἐρατοσθένης οὕτω λέγεται γράψαι· ὅτ' εὐφροσύνη μὲν ἔχει κακότητος ἀπάσης (ἀπούσης)· κακότητα λέγων τὴν ἀφροσύνην, ἧς δοκοῦσι στέρεσθαι Φαίακες. ἀδύνατον γάρ φησι μὴ φρονίμους εἶναι αὐτούς, οἳ καθ' Ὅμηρον μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖς. Schol. Mediol. Od. *ι*. 5. quaedam continet Eratostheni accommodata: Ἐγκαλοῦσι δὲ τῷ Ὀδυσσεῖ φιληδονίαν, λέγοντες τὴν ἀπόλαυσιν τέλος ἡγούμενον τοῦ βίου διὰ τούτων. — οἱ δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως. καὶ τούτων οἱ μέν, ὅτι εὐφροσύνη τῆς ἡδονῆς τῷ φρονεῖν διαφέρει. Emendatio utique, si quidem Athenaeus scriptoris mentem recte percepit, minime necessaria, ingeniosa tamen, foretque dignissima mente Eratosthenis incorrupta. Verum enimvero si quid ingenium viri sagacissimi perspexi, Athenaeus eiusve Epitome culpa liberari non poterit. Primum enim hoc ut in confesso positum concedi velim, de Ulyssis erroribus ita a Nostro actum fuisse, ut idoneam Homero geographiae notitiam abiudicaret. Jam vero cum perinde sit certissimum, ostentationem qualiscunque doctrinae et acuminis quam maxime ab Eratosthene abhorruisse, ut qui norma rigidissima singula deinceps argumenta alienis exclusis explicuerit: eâdem opinor viâ offertur, emendationem quae nihil eius ra-

tiones confirmaret non posse non suspectam videri. Illum potius tale quid voluisse existimo. Namque remota terrae cum inprimis fabulas experta dixisset, aliud adiunxerit momentum, locos istos remotos coloribus non suis, ut facile esse fictos intelligas, decoratos exhiberi: veluti Phaeacum insulam cum alibi, tum versibus excitatis felicitate communi et insigni ab omnibus sensuum voluptatibus censeri, temperantiae tamen ac prudentiae beatas res admisceri debuisse. Eratosthenis autem sententia hic, ut deinceps fragm. XVI., nonnullos grammaticos permovisse videtur (cf. Athen. II. p. 40. D.), ut *τέλος* apud Homerum de sacrificio interpretarentur. Neque felicior ipse Athenaeus V. p. 192. D. de illis versibus: *ξένου ὑποδοχὴν ἔχει, ὄντων καὶ αὐτῶν τῶν Φαιάκων τρυφερῶν.* Ceterum recte de hac cum aliquot aliis annotationibus censuit Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 126. „*Ὁμήρου διόρθωσις* quoque ab Eratosthene composita est, si credimus viris doctis ad Strabonis et Athenaei testimonia provocantibus. Sed nullus in his extat locus, e quo hoc certo colligi possit, quamquam obiter in Geographia sua et forte in grammaticis commentariis [hoc omittere debuerat] quaedam illius poetae illustraverat." Tale enim opus si extitisset, aliquanto crebrius in illa Eratosthenei nominis celebritate commemorabatur.

Sequuntur aliae observationes ad Odysseam et Iliadem.

XIII. Strabo I. p. 29. *Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν γεωγραφικῶν εἰρημένα τοιαύτην τινὰ τὴν ἐπανόρθωσιν ἔχει. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου ψευδῶς ὑποληφθεῖσι καὶ ταῦτά φησιν, ὅτι οὐδὲ τὰ τοῦ Νείλου στόματα οἶδε πλείω ὄντα, οὐδ' αὐτὸ τοὔνομα.*

XIV. Idem p. 30. *Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν αὐτῷ τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Φαρίας, ὅτι φησὶ*

πελαγίαν, ὡς καὶ ἄγνοιαν λέγοντι. — Ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν ἰσθμὸν τὸν μεταξὺ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ περὶ τοῦ ψευδῶς λέγεσθαι· Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν. Καὶ γὰρ τοῦτο ἐκείνου λέγοντος καλῶς, ἐπιτιμῶσιν οἱ ὕστερον οὐκ εὖ. Ne has quidem obiectiones, varia licet praetexens, Strabo retundere potuit. Sed luculentissima sunt, usu veteris historiae accuratissimo subnata ac plane gemella fr. LV., quae a Strabone ipsi exposita memorantur, cum de Graecorum commerciis priscorum temporum, tum prae ceteris regionibus de Aegypto:

XV. STRABO XVII. p. 802. *Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης, κοινὸν μὲν εἶναι τοῖς βαρβάροις πᾶσιν ἔθος τὴν ξενηλασίαν· τοὺς δ' Αἰγυπτίους ἐλέγχεσθαι διὰ τῶν περὶ τὸν Βούσειριν μεμυθευμένων ἐν τῷ Βουσειρίτῃ νομῷ, διαβάλλειν τὴν ἀξενίαν βουλομένων τοῦ τόπου τούτου τῶν ὕστερον· οὐδὲ βασιλέως μὰ Δία οὐδὲ τυράννου γενομένου τινὸς τοῦ Βουσείριδος· προσεπιφημισθῆναι δὲ τό· Αἴγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε* (Odyss. δ'. 483.), *προσλαμβάνοντος πρὸς τοῦτο πάμπολυ καὶ τοῦ ἀλιμένου, καὶ τοῦ μηδὲ τὸν ὄντα λιμένα ἀνεῖσθαι, τὸν πρὸς τῇ Φάρῳ, φρουρεῖσθαι δ' ὑπὸ βουκόλων λῃστῶν ἐπιτιθεμένων τοῖς προσορμιζομένοις. Καρχηδονίους δὲ καταποντοῦν, εἴτις τῶν ξένων εἰς Σαρδὼ παραπλεύσειεν, ἢ ἐπὶ στήλας. Διὰ δὴ ταῦτ' ἀπιστεῖσθαι τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων. Καὶ τοὺς Πέρσας δὲ κακῶς ἡγεῖσθαι τοῖς πρέσβεσι τὰς ὁδοὺς κύκλῳ, καὶ διὰ δυσκόλων.* Cf. fr. XXIX. Jure locum classicum praedicavit J. H. Vossius ad Virgilii Georg. p. 516. sq. Quod primum de Aegyptiis affertur, apprime Graecorum fama de Aegyptiorum astutia, quae minima eorum virtus fuisse videtur, adiuverit. Schol. Aristoph. Nub. 1133. *Ἐν Αἰγύπτῳ*] *Ἐπεὶ καταρᾶται. ἐλέγετο γὰρ λῃστεύεσθαι ἡ Αἴγυπτος. Αἰ-*

σχύλος (fr. 309.)· *δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.* καὶ Θεόκριτος ἐν Ἀδωνιαζούσαις (v. 47.)·

— *οὐδεὶς κακοεργὸς*
δαλεῖται τὸν ἰόντα, παρέρπων Αἰγυπτιστί.

Καὶ *Αἰγυπτιάζειν* (vocabulum Aristophanicum), *τὸ ὕπουλα πράττειν.* Ad Theocriti locum quaedam dedit Valckenarius. Deinde Persarum mos indicatur etiam ab Aristophane Acharn. 68. 69.

καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα διὰ Καϋστρίων
πεδίων ὁδοιπλανοῦντες ἐσκηνημένοι.

Tandem aliud non contemnendum docemur, ante finitum primum Carthaginiensium adversus Romanos bellum, cum adhuc Sardiniam illi tenerent, Geographiae primum librum editum fuisse.

Hinc ad novam paullo difficiliorem quaestionem praevertendum, cuius copiam praebet:

XVI. Strabo I. p. 28. *Κἀνταῦθα δ' εἰπόντος εὖ τοῦ ποιητοῦ· Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον· οὐκ εὖ δεξάμενος ὁ αὐτὸς συκοφαντεῖ, ὡς καθόλου λέγοντος, ὅτι ὁ Ζέφυρος ἐκ Θρᾴκης πνεῖ, ἐκείνου λέγοντος οὐ καθόλου, ἀλλ' ὅταν κατὰ τὴν Θρᾳκίαν θάλατταν συμπέσωσι περὶ τὸν Μέλανα κόλπον, αὐτοῦ τοῦ Αἰγαίου μέρος οὖσαν. — Οὐκ ἐνόησε δὲ τοῦτο Ἐρατοσθένης, ὑπενόησε δ' ὅμως· αὐτὸς γοῦν ἐξηγεῖται τὴν ἐπιστροφὴν ἣν λέγω τῆς χώρας. ὡς καθόλου οὖν δέχεται, εἶτ' ἀπειρίαν αἰτιᾶται τοῦ ποιητοῦ, ὡς τοῦ Ζεφύρου μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πνέοντος καὶ τῆς Ἰβηρίας, τῆς δὲ Θρᾴκης ἐκεῖσε μὴ διατεινούσης.* Nodum, specie infirmum, re vera eum qui solvendi peritissimus sit desiderantem, Strabo magis transsiluit, quam diligenter tractavit, nec quisquam sive veterum, sive recentiorum interpretum gloriam ex refutato sibi pepererit Eratosthene. Quae Schol. Venet. Il. *ι.* 4. 5. ad illud argumentum prodiderunt, haec sunt; ad v. 4. *ἀνιστόρητον δέ φασιν εἶναι τὸ τοὺς ἀμφοτέρους, ἤγουν τὸν Βορέην καὶ τὸν Ζέφυρον, πνέειν ἐκ τῆς Θρᾴκης·*

οὐ γὰρ πνέουσιν ἀμφότεροι ἐξ αὐτῆς. λύεται δὲ ἐκ τῆς λέξεως τρόπῳ συλληπτικῷ· τὸ γὰρ θάτερον (locutionem in Grammatico vix ferendam sensu quoque flagitante sustuleris reponendo θατέρῳ; cf. Schol. Pind. Pyth. VIII, 22.) συμβεβηκὸς ἐπ' ἀμφοῖν τίθεται. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως· ὁμωνύμως γὰρ τὰ πνεύματα καὶ οἱ προεστῶτες αὐτῶν θεοὶ λέγονται· τοὺς δὲ σωματικῶς ἐν Θρᾴκῃ κατοικοῦντας ὑποτίθεται ὁ ποιητής. Ad. v. 5. Ῥητέον οὖν ὅτι ἡ τῶν Θρᾳκῶν γῆ ἐπὶ πολὺ διήκει καὶ σιγματοειδὴς κεῖται τῇ θέᾳ μέχρι τῆς δύσεως· ἀφ' ἑκατέρου οὖν μέρους τῶν ἀνέμων ἔχει ἑκάτερον. Syllepsis hic quidem falsa est, altera explicatio nonnisi partem veri continet. Nec magis Casaubonus ad Strabonem vel Heynius ad Homericum locum, ille logica ratione abusus, hic contra monens, ex Jonia rem spectandam, scopum feriebant: non enim quaeritur, num quando Zephyrus ex Thracia flare queat, sed num Boreae adiunctus turbas excitet marinas. Casaubonus tamen, verum fateri coactus, poetam sibi vetustissimam Graecorum opinionem respexisse videri ait, qui cum Thraciam regionem esse frigidissimam perciperent, omnes inde spirare ventos, ibique antro conclusos teneri existimarint; allato Apollonii Rh. Schol. I, 826. Ψυχρὰ γάρ ἐστιν ἡ χώρα· διὸ κἀκεῖθεν τοὺς ἀνέμους πνεῖν ἐμυθεύσαντο. Διονυσοφάνης δὲ βόθρον φησὶν εἶναι ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἐξ οὗ φυσήματα ἀνέμων γίνεσθαι, καὶ μυθευθῆναι οὕτω Θρᾴκην ἀνέμων οἰκητήριον. Atqui minore poterat res molimine confici, ipso poeta (liceat hic ita dicere) viam monstrante. Nam Il. ψ'. 194. s. Achilles

— δοιοῖς ἠρᾶτ' ἀνέμοισι,
Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ.

Schol. Venetum: ὡς Θρᾳξί· Θρᾴκη γὰρ Τροίας πλησίον. Jones enim, quod alibi (v. fr. LV.) consueverunt, de terra vixdum innotescenti, si quidem memorabili virtute esset insignis, ita sermones faciebant, ut,

nisi illic, nusquam terrarum istiusmodi indolem reperiri crederes. Igitur perspicacissimus Eratosthenes ex illa prisci aevi opinione, Thraciam ventorum esse sedem, geographiae imperitiam verissime eruerat. Ceterum hoc cum duobus sequentibus fragmentis ante Nili commemorationem locum habuisse, fr. XIII. facile patet. Sed priori expositioni de ventorum sede alteram fuisse additam de eorum duplici numero plus quam verisimile existit proximo fragmento:

XVII. Schol. Venet. Il. ώ. 282. *ἡ διπλῆ, ὅτι εἰ μὴ προσέθηκε τὸν στίχον, οἱ θέλοντες συγχεῖσθαι τὰ δυϊκὰ παρ' Ὁμήρῳ, Ἐρατοσθένης καὶ Κράτης, ἔλεγον ἂν ἐπὶ τῶν ἐννέα Πριαμιδῶν τετάχθαι, (τὸ) τῷ μὲν ζευγνύσθην.* Fuit sane vetustissimorum grammaticorum satis constans nec falsa opinio, dualem certa significatione ab Homero nondum usurpari: cf. Wolf. Prolegomenis p. 206.; sed obiter tantum, si modo de duali tale quid protulit, ab Nostro indicari potuisse proposita ad fr. XII. commonefaciunt. Iam cum Eratosthenem loco inepto nihil esse temere molitum sit exploratissimum, non iam de caussa observationis ambigendum videtur. Illo enim ipso Il. ί. initio data opera ac non sine quodam studio Scholiastae enodare conantur, quamobrem poeta duos commemorarit ventos; in eoque labore allegorico, licet Scholiis illis non infrequenti, sed hic tamen satis singulari, ita versantur, ut urgente tantummodo necessitate ista profudisse per sit credibile. Prius igitur placitum Eratosthenes Homero admovit, grammatica confirmatum sententia: nonnulla enim ex eo genere desumpta hic illic Geographicis fuisse intermixta, Polemonis loco supra (p. 5.) tractato non obscure intelligitur.

Primariam hanc de Homeri geographia disputationem concludit:

XVIII. Schol. Apollonii Rh. I. 482. *Ἀλωϊάδας. Τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν καὶ Ὅμηρος οἶδεν. Ἐρα-*

τοσθένης δὲ γηγενεῖς αὐτούς φησι· διὰ δὲ τὸ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τῆς Ἀλωέως γυναικὸς μυθευθῆναι, ὡς Ἀλωέως εἰσὶν υἱοί. (Schol. Paris. *διὰ δὲ τὸ ὑπὸ Ἰφιμεδείας τραφῆναι ἐμυθολογήθη, ὅτι ἐκείνης εἰσὶν υἱοί.*) Gigantomachiae participes etiam Apollodor. I, 7, 4. cum Hygino fab. 28. tradit. Videtur de illis, cum ad *Νεκυίαν* perventum esset, auctor monuisse.

Etiam libro secundo quaedam de Homerica geographia proponebantur, quae non sine indignatione Strabo I. p. 65. attigit: *Ὡς δ' αὔτως καὶ πρὸς τὸν Ὅμηρον οὐ παύεται περὶ τῶν αὐτῶν διαφερόμενος.*

Ab Homero ad Hesiodum, nisi forte pleraque ad hunc spectantia obiter inseruerat, Eratosthenes transiit; quod enim Ancherus p. 22. Straboni I. p. 7. (fr. XXIII.) innixus protulit, post Homerum statim de Anaximandro et Hecataeo mentionem esse iniectam, festinantius ille dixit, *τοὺς πρώτους* idem fortasse quod *πρώτους* significare ratus. Mirum sane ait Geographus inter praestantes viros, qui aliquo post Homerum intervallo insignes in tractanda geographia sese praestiterint, Eratosthenem, licet Homero nullum omnino in campo illo attribuerit locum, recensuisse utrumque; sed tamen ex Strabonis ingenio spectatum, suas ab alienis opinionibus aegre separantis, non adeo explicatu difficile. Hesiodo autem multo maiorem quam aevo Homerico geographiae cognitionem concessit, neque vero ita ut frequentes eius fabulas dissimularet; indicante eo fragmento, quod supra inter Apollodorea ex Strab. VII. p. 298 sq. fuit relatum:

XIX. *Οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου*)· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τε-*

*) Lege *περὶ Ὅμηρον*, ut apud Strab. I. p. 49 extr. *συμβῆναι καὶ περὶ τὴν θάλατταν.* Etiam apud Ammonium p. 45. rescribendum videtur: *οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι περὶ δύναμίν τε καὶ ἰσχύν.*

ρατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους.

Sed quibus Hesiodum illi praestare docuerit, iis quae Strabonis beneficio novimus aliquatenus perspicitur.

XX. Strabo de ostiis Nili iis verbis quae supra fr. XIII. apposita sunt commentatus, statim addit ex Eratosthenis sententia: Ἡσίοδος δὲ οἶδε, μέμνηται γάρ. Illinc sua deprompserunt Scholia Mediol. Od. δ'. 477. Ὅτι τὸν Νεῖλον Αἴγυπτον ὀνομάζει· ὁ δὲ Ἡσίοδος ὡςὰν νεώτερος Νεῖλον αὐτὸν οἶδε καλούμενον.

XXI. Idem I. p. 23. Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ, μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης καὶ Ὀρτυγίας τοῦ πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυῤῥηνῶν. Ὅμηρον δὴ μήτε εἰδέναι ταῦτα, μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην.

XXII. Idem VII. p. 300. Ὅτι γὰρ οἱ τότε τούτους (τοὺς Σκύθας) Ἱππημολγοὺς ἐκάλουν, καὶ Ἡσίοδος μάρτυς ἐν τοῖς ὑπ' Ἐρατοσθένους παρατεθεῖσιν ἔπεσιν· Αἰθίοπάς τε, Λιγυστί δέ, Σκύθας ἱππημολγούς. Ancherus p. 18. Heinsii emendationem Λίγυας admittit, quia occidens ab hominibus antiquissimis ipso Strabone I. p. 33. teste per Celtas et Iberos significatus fuerit, Λίγυες autem iidem sint cum Iberis et Celtiberis. Legit igitur: Αἰθίοπες Λίγυές τε, Σκύθαι θ' ἱππημολγοί, quem versum in casu obliquo Eratosthenes adduxerit. Equidem neque emendationem, utpote metro damnosam, neque probationem laudaverim Esto, Ligyes non diversos fuisse a Celtiberis; at cum horum tantum partem constituerint, atque de Celtis et Iberis unice Strabo disseruerit, nimis profecto ex geometrica ratione talis foret conclusio eruta, occidenti designando Ligyes quoque inserviisse. De Ligybus, quid significent, interrogatus poeta aliquantum haesurus fuisse videtur. Sed

versus ille una littera immutata facile poterit restitui:

Αἰθίοπάς τε Λίγυς τ', ἠδὲ Σκύθας ἱππημολγούς.

Terminationem ας primae declinationis aliquoties Hesiodus corripuit. Eratostheni denuo assensus est Apollodorus, ubi supra.

Deinceps Geographos usque ad suam aetatem persequebatur:

XXIII. Strabo I. p. 7. *Φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον δύο φησὶν Ἐρατοσθένης, Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον. τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα, πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς.* De his modo dictum fuit. Hecataei pinacem ad eius fragmenta illustrat Creuzer. p. 9. 10.

XXIV. Strabo I. p. 14. *Καὶ γὰρ δὴ πολύ τι τοῖς νῦν ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια καὶ τῶν Παρθυαίων τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας προςδέδωκε· καθάπερ τοῖς μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου στρατείαν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης.* cf. fr. XXX.

Reliqua historiae geographicae fragmenta, qualia quidem Anchero videbantur, suis locis excutientur.

2. Sectionis posterioris terrae origines complexae.

XXV. Strabo I. p. 5. *Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον.* Ipsa demonstratio si minus tota, certe extrema ipsius Strabonis sive testis quo uteretur ingenio deberi videtur; negavit enim Eratosthenes, quod illic pro certo venditatur: *Τοῖς τε πάθεσι τοῦ ὠκεανοῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ τοῦτο μᾶλλον· πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει, καὶ τῶν αὐξήσεων, καὶ μειώσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελάγους*

τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας. Neque potuit ille istiusmodi argumento abuti. Sed fundamentum doctrinae ab Eratosthene excogitatum fuisse, conversio insequens ad Hipparchum, eius adversarium, sicuti aliquoties Strabo necopinatis legentibus facit, certissime demonstrat: *Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν,* ait, *ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ*, et quae praeterea, cum de Hipparcho dissereretur, allata sunt. Accedit et fr. LIV., et Eustathii narratio ad Dionys. Perieg. initio: *ὡς τοῦ ὠκεανοῦ περιειληφότος τὴν γῆν, καθὰ καὶ Ἐρατοσθένης δοξάζει.*

Argumenta capitalis huius placiti sequentia fragmenta praestiterunt:

XXVI. Strabo I. p. 38. *Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὁ ἰσθμὸς ἦν πλώϊμος· ἀλλ' εἰκάζει ὁ Ἐρατοσθένης οὐκ εὖ· μὴ γάρ πω τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς στήλας γεγονέναι νομίζει, ὥςτε ἐνταῦθα συνάπτειν τὴν ἔξω θάλατταν τῇ ἐντός, καὶ καλύπτειν τὸν ἰσθμὸν μετεωροτέραν οὖσαν· τοῦ δ' ἐκρήγματος γενομένου ταπεινωθῆναι, καὶ ἀνακαλύψαι τὴν γῆν τὴν κατὰ τὸ Κάσιον καὶ τὸ Πηλούσιον, μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς.* De isthmo ad Arabicum sinum agebatur.

XXVII. Idem p. 47. *Οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης — εἶναι* (v. supra p. 22.). *Διότιμον δὲ τὸν Στρομβίχου, πρεσβείας Ἀθηναίων ἀφηγούμενον, διὰ τοῦ Κύδνου ἀναπλεῦσαι ἐκ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Χόασπιν ποταμόν, ὃς παρὰ τὰ Σοῦσα ῥεῖ, καὶ ἀφικέσθαι τεσσαρακοσταῖον εἰς Σοῦσα· ταῦτα δ' αὐτῷ διηγήσασθαι αὐτὸν τὸν Διότιμον· εἶτα θαυμάζειν, εἰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν ἦν δυνατὸν διακύψαντα τὸν Κύδνον εἰς τὸν Χόασπιν ἐκβαλεῖν.*

XXVIII. Pergit: *Οὐ μόνον δὲ ταῦτ' ἄν τις ἐπισημήναιτο, ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ τῶν τόπων οὐδὲ καθ' ἑαυτόν πω γνώριμα εἶναί φησι τὰ καθ' ἕκαστα ἀκριβολογούμενα· καὶ κελεύσας ἡμῖν μὴ ῥᾳδίως τοῖς τυ-*

χοῦσι πιστεύειν, καὶ τὰς αἰτίας διὰ μακρῶν ἀποδούς, δι᾽ ἃς οὐδὲ πιστευτέον, οἷον περὶ τῶν κατὰ τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἀδρίαν, αὐτὸς ἐπίστευσε τοῖς τυχοῦσι. Τοιγάρτοι τὸν μὲν Ἰσσικὸν κόλπον ἐπίστευσεν ἑωθινώτατον τῆς καθ᾽ ἡμᾶς θαλάττης σημεῖον, τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα τὴν ἐν τῷ τοῦ Πόντου μυχῷ σχεδόν τι καὶ τρισχιλίοις σταδίοις ἑωθινωτέρου ὄντος, καὶ κατ᾽ αὐτὸν ἐκ τοῦ σταδιασμοῦ οὗ φησι· τοῦ τε Ἀδρίου καὶ τὰ ἀρκτικὰ καὶ τὰ ἔσχατα διεξιὼν οὐδενὸς ἀπέχεται μυθώδους. Πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων, τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους, περὶ ὧν μνησθησόμεθα καὶ ὕστερον. Si paullo curatiorem conditionis qua geographia regum Alexandrinorum aetate Eratosthenica fruebatur notitiam sibi Strabo comparasset, istam disputationem Hipparcheae simillimam reservaturus erat. Quid enim hoc sibi vult, eorum quae essent saeculo Augusteo loca pervagatissima idoneam sese tenere cognitionem negasse Eratosthenem? eidemque Pontum, qui Mithridatis demum Magni rebus gestis in sermonem peregrinarum gentium pervenerat minus quam Ciliciam perspectum fuisse? ac de rebus Hispanicis Italicisque fabulosa, teste inprimis Pythea, recensuisse, cum praesertim a Cerne describenda ne auctores quidem post Christum natum manus abstraxerint? Immo laudibus si iustitiam exercere volebat Straboni fides summi Geographi erat extollenda, qui quae obscura sibi essent diserte indicaret, credulitate longe semota. Idem de aliis fragmentis dictum esto.

XXIX. Pergit p. 48. *Εἰπών τε τοὺς ἀρχαιοτάτους πλεῖν καὶ* (hoc delendum, ex formula enim *τέ — ἤ* defendi nequit.) *κατὰ λῃστείαν ἢ ἐμπορίαν, μὴ πελαγίζειν δέ, ἀλλὰ παρὰ γῆν, καθάπερ τὸν Ἰάσονα, ὅνπερ καὶ μέχρι τῆς Ἀρμενίας καὶ Μηδίας ἐκ τῶν*

Κόλχων στρατεῦσαι, ἀφέντα τὰς ναῦς, ὕστερόν φησι, τὸ παλαιὸν οὔτε τὸν Εὔξεινον θαῤῥεῖν τινα πλεῖν, οὔτε παρὰ Λιβύην καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν. Ancherus p. 20. 21. ubi de Jasonis expeditione praeterea ex Strabone laudat p. 45. VII. p. 300. XI. p. 498. 503. 526. 531. Justinum 42, 3, quibus poterat locos addere ab Rochettio collectos de Coloniis Graecorum T. II. p. 197. seqq. 212. sqq. (qui Eratosthenis immemor non illepida nobis somnia propinat), Ancherus igitur nescio qua ratione inductus, tale quid observationis huic fragmento ad Homericam disputationem a se relato praemisit: In tota hac disputatione non solum Homerum, sed etiam antiquissimos quosque eodem notavit obelo.

XXX. Pergit: *Εἰπὼν δὲ καὶ αὐτὸς ὁπόσον προὔβη τὰ τῆς οἰκουμένης εἰς γνῶσιν τοῖς μετ' Ἀλέξανδρον καὶ κατ' αὐτὸν ἤδη, μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸν περὶ τοῦ σχήματος ἤδη λόγον, οὐχὶ περὶ τοῦ τῆς οἰκουμένης, ὅπερ ἦν οἰκειότερον τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, ἀλλὰ τοῦ τῆς συμπάσης γῆς· δεῖ μὲν γὰρ καὶ τούτου μνησθῆναι, μὴ ἀτάκτως δέ. Εἰπὼν οὖν ὅτι σφαιροειδὴς ἡ σύμπασα, οὐχ ὡς ἐκ τόρνου δέ,* (p. 49.) *ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀνωμαλίας, ἐπιφέρει τὸ πλῆθος τῶν ἐν μέρει μετασχηματισμῶν αὐτῆς, οἳ συμβαίνουσιν ἔκ τε ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ σεισμῶν καὶ ἀναφυσημάτων καὶ ἄλλων τοιούτων· οὐδ' ἐνταῦθα τὴν τάξιν φυλάττων.* Posit vel hinc quam maxime esse manifestum, nihil mathematicae geographiae Strabonem accepisse. Primum enim Eratosthenem ab mentione incrementorum, quae Alexandri expeditione aevoque insequenti scientiae suae parata essent, ad figuram telluris definiendam transiisse prodidit. At quis crediderit, seposita historiarum ad geographiam pertinentium serie, cum ad tellurem in loco insulae ponendam dudum sese accinxisset, in eoque argumento undequaque exornando versaretur, virum prudentissimum denuo ad auctum

geographiae ambitum recurrisse, ac deinde globi formam nostra sede constitui demonstravisse? Contra non difficulter intelligitur, illam de terrae forma disquisitionem nihil nisi explicationem aliquanto ampliorem principis placiti (fr. XXV.) censendam esse (cf. fr. XXXII.); de Alexandro ac recentioribus obiter, cum argumentum quaestioni accomodatum ac novissimis demum temporibus perspectum ponderaret, ipsum mentionem iniecisse qualemcunque. Sed longe graviorem imperitiam Strabo manifestat, temeritatis Nostrum coarguens, qui non de habitatae, sed potius universae terrae disseruerit forma, idque alieno loco; ac ne in sequentibus quidem ordinem eum tenuisse, ut qui vicissitudines in terram grassatas exposuerit. Neutrum alieno fuisse loco propositum, modo indicatum est; et quod commentatio de universae terrae conformatione notatur, quid aliud quam vix condonanda caligo videbitur? Fac enim, licuisse Eratostheni de forma particulae terrestris, quamvis satis inepta sit talis positio, sed tamen, agere: nonne eandem itidem argumentationem, si quidem ad scientiam volebat geographiam redigere, persecuturus erat? Non sane omnis terra illi fuit explorata; verumtamen, adigente necessitate ac mathematica commonente, eius ambitum accuratissime collegit.

XXXI. Pergit Strabo p. 49 sq. *Μάλιστα δέ φησι τὴν ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόχλων καὶ ὀστρέων καὶ χηραμίδων πλῆθος, καὶ λιμνοθάλατται· καθάπερ φησὶ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ ὁδὸν τρισχιλίων σταδίων οὖσαν· πολλὴν γὰρ εἶναι χύσιν ὀστρέων, ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλούς, ἀναφυσήματά τε θαλάττης εἰς ὕψος ἀναβάλλειν· πρὸς ᾧ καὶ ναυάγια θαλαττίων πλοίων δείκνυσθαι, ἃ ἔφασαν διὰ τοῦ χάσματος*

ἐκβεβράσθαι· καὶ ἐπὶ στηλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας, ἐπιγραφὴν ἔχοντας Κυρηναίων θεωρῶν. Ταῦτα δ' εἰπὼν τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τοῦ φυσικοῦ, καὶ ἔτι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· τοῦ μὲν Ξάνθου λέγοντος, ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμόν, ὥςτ' ἐκλιπεῖν ποταμοὺς καὶ λίμνας καὶ φρέατα· αὐτὸν δὲ εἰδέναι πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάττης λίθους τε κογχυλιώδεις, καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμίδων τυπώματα, καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις, καὶ ἐν Ματτιηνοῖς, καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω· ὧν ἕνεκα πείθεσθαι τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι. Τοῦ δὲ Στράτωνος ἔτι μᾶλλον ἁπτομένου τῆς αἰτιολογίας, ὅτι φησὶν οἴεσθαι τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι, τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας· εἶτ' ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Τὸ δ' αὐτὸ συμβῆναι καὶ περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸν κατὰ στήλας ἐκραγῆναι πόρον, πληρωθείσης ὑπὸ τῶν ποταμῶν τῆς θαλάττης· κατὰ δὲ τὴν ἔκρυσιν ἀνακαλυφθῆναι τὰ τεναγώδη πρότερον. Φέρει δ' αἰτίαν, πρῶτον μέν, ὅτι τῆς ἔξω θαλάττης καὶ τῆς ἐντὸς τοὔδαφος, ἕτερόν ἐστιν· ἔπειθ', ὅτι καὶ νῦν ἔτι ταινία τις ὕφαλος διατέτακεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην· ὡς ἂν (μὴ adiecit Casaubonus, post eumque plures, ex recentiore autem usu potius ὡς ἂν μιᾶς οὐκ οὔσης emendandum erat.) μιᾶς οὔσης πρότερον τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτός. Καὶ βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον· τὸ δὲ Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν καὶ Σαρδῷον πέλαγος σφόδρα βαθέα· τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων καὶ μεγίστων ῥεόντων ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ τῆς ἀνατολῆς, ἐκεῖνο μὲν ἰλύος πληροῦσθαι, τὰ ἄλλα δὲ μένειν βαθέα. διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν θάλατταν, τάς τ' ἐκρύσεις γίνεσθαι, εἰς οὓς τόπους ἐγκέκλιται τὰ ἐδάφη. Δοκεῖν δὲ κἂν χωσθῆναι τὸν Πόντον ὅλον εἰς ὕστερον, ἂν μένωσιν αἱ ἐπιῤῥύσεις τοιαῦται.

καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τό τε (leg. *τόν τε*; de re vid. Xenoph. Anab. VII, 5, 12.) *Σαλμυδησσόν, καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν τὰ περὶ τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. Τάχα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὸν πρότερον ἐπὶ τῆς θαλάττης ὄν, ἐκρύσεως γενομένης νῦν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖσθαι. Εἰκάζειν τε καὶ τὸ μαντεῖον εὐλόγως ἐπὶ τοσοῦτον γενέσθαι ἐπιφανές τε καὶ γνώριμον ἐπὶ θαλάττῃ ὄν· τόν τε* (l. *δὲ*) *ἐπιπολὺ οὕτως ἐκτοπισμὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης οὐκ εὔλογον ποιεῖν τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφάνειαν καὶ δόξαν. Τήν τε Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν θαλάττῃ κλύζεσθαι μέχρι τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ Πηλούσιον* (Hemsterh. ad Plutum p. 55 sq.), *καὶ τὸ Κάσιον ὄρος, καὶ τὴν Σερβωνίδα λίμνην· ἔτι γοῦν καὶ νῦν κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῆς ἁλμυρίδος ὀρυττομένης, ὑφάμμους καὶ κογχυλιώδεις εὑρίσκεσθαι τοὺς βόθρους, ὡς ἂν τεθαλαττωμένης τῆς χώρας, καὶ τοῦ τόπου παντὸς τοῦ περὶ τὸ Κάσιον καὶ τὰ Γέῤῥα καλούμενα τεναγίζοντος, ὥστε συνάπτειν τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ· ἐνδούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀνακαλυφθῆναι, μεῖναι δὲ τὴν Σερβωνίδα λίμνην· εἶτ᾽ ἐκραγῆναι καὶ ταύτην, ὥστε ἑλώδη γενέσθαι. Ὡς δ᾽ αὔτως καὶ τῆς Ἁλμυρίδος λίμνης τοὺς αἰγιαλοὺς θαλάττης μᾶλλον ἢ ποταμοῦ προσεοικέναι.* Strato igitur mare paullatim recessisse, ac palustria loca nunc sensim sensimque ampliorem ambitum recepisse, nunc fluviis denuo contecta esse opinabatur. Eratosthenis autem in merita illud referendum est, quod quae viri quidam eruditi, ut fecerat dudum Xenophanes, de originibus telluris observarant, ad scientiae normam exegit.

XXXII. Strabo p. 54. *Ὁ δ᾽ οὕτως ἡδύς ἐστιν, ὥστε καὶ μαθηματικὸς ὤν, οὐδὲ τὴν Ἀρχιμήδους* *) *βεβαιοῖ δό-*

*) Hic eius mentionem iniecisse videtur, ut colligi potest ex Proclo in Euclidem, de vita Eratosthenis supra allato.

δόξαν· ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος καὶ μένοντος τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι, σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ. Ταύτην γὰρ τὴν δόξαν ἀποδέχονται πάντες οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι. Ἐκεῖνος δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν, καίπερ μίαν οὖσαν, ὥς φησιν, οὐ νομίζει ὑπὸ μίαν ἐπιφάνειαν τετάχθαι, οὐδὲ τοῖς σύνεγγυς τόποις· καὶ μάρτυράς γε τῆς τοιαύτης ἀμαθίας ἀρχιτέκτονας ἄνδρας ποιεῖται, καίτοι τῶν μαθηματικῶν καὶ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς ἀποφηναμένων. Φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον διακόπτειν ἐπιχειρῆσαι τὸν τῶν Πελοποννησίων ἰσθμόν, πρὸς τὸ παρασχεῖν διάπλουν τοῖς στόλοις· κωλυθῆναι δ' ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων ἀναμετρησάντων καὶ ἀπαγγειλάντων μετεωροτέραν τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν τῆς κατὰ Κεγχρεὰς εἶναι, ὥστε εἰ διακόψει τὸ μεταξὺ χωρίον, ἐπικλυσθῆναι ἂν ἅπαντα τὸν περὶ Αἴγιναν πόρον καὶ τὴν Αἴγιναν καὶ αὐτὰς τὰς πλησίον νήσους, καὶ μηδὲ τὸν διάπλουν ἂν γενέσθαι χρήσιμον. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμόν, ὅν φησιν ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτός, καθάπερ τὸν ὠκεανὸν δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν. Idem p. 55. *Οὔτ' εἰ τρόπος εἷς εἴη, ταύτην ἂν ἔχοι τὴν αἰτίαν, ἥν φησιν ὁ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἡ ἐφ' ἑκάτερα θάλαττα ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπιφάνειαν ἔχει.* Strabonem sane libenter audimus, cum historias et antiquitates regionum enarrat; at vero quoties adversus Eratosthenem idque mathematicas eiusdem opiniones pugnat, non ridicula, sed vix ferenda est temeritas: suo enim merito qui artis rudissimus in virum apprime omnium iudicio peritum invehitur, deridendum contemnendumque sese propinat. Veluti horum dictorum ne singula quidem sententia quidquam veri exponit. Pri-

mum enim falsum est, quod Strabo perhibet, non tam mala fide se abripi passus, quam geometriae inscientia, Archimedis placitum ab Eratosthene reiectum fuisse. Verumtamen cum sphaericam telluris formam, minus quidem absolutam, docuisset, additis etiam frequentissimis immutationibus, quibus illa interrupta erat, unice a mari derivatis, unde omnis qua latissime patet terrae ambitus emersisset: non poterat non etiam oceanum sphaera circumscribere. Sed exstat disertum ipsius Eratosthenis de ea re testimonium apud eundem Strabonem I. p. 62 extr. (fr. XXXVI.) *δεικνύς, ὅτι σφαιροειδὴς καὶ ἡ γῆ σὺν τῇ ὑγρᾷ φύσει, καὶ ὁ οὐρανός*; nec minus disertum Cleomedis p. 55 extr. sq., qui cum illius dimensionem tradidisset, ita pergit, alteri Eratosthenis sententiae innixus: *Οἱ οὖν λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν γῆν σφαιρικὴν εἶναι διά τε τὰ τῆς θαλάττης κοιλώματα καὶ τὰς τῶν ὀρῶν ἐξοχάς, πάνυ ἀλόγως τοῦτο δοξάζουσι. Οὔτε γὰρ ὄρος ὑψηλότερον πεντεκαίδεκα σταδίων κατὰ τὴν κάθετον εὑρίσκεται, οὔτε θαλάττης βάθος.* Deinde quod Strabo de architectis contra Archimedem prolatis cavillatur, non magis verum deprehendit. Namque eodem tempore et sphaericam maris superficiem concedere, et eandem ad conformationem ubique locorum ponendam redigi posse, iure licebat abnegare. Jam cum in eo versaretur, ut tum Stratonis auctoritate, tum suis ipsius observatis paullatim terram extitisse, mari diversis modis regresso, demonstraret: non facile quis persuaserit, momento quod ab architectorum responso desumpsit eum abstinere debuisse. Eratosthenemne ignorasse, etiam architectonicam mathematicarum disciplinarum partem constituere? Verum haec omnia sunt adeo insulsa, ut non ex Strabonis, sed Hipparchi fabrica, qui et ab ineptis esset liberalis, et aliquoties falsas adversario sententias pessimo exemplo affinxerit, provenisse existimem. In hac ipsa enim disputatione p. 55.

telum satis hebes ex isto armamentario deprompsit. Pergit:

XXXIII. *Ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος καὶ τῆς Αἰγύπτου ῥηθεῖσιν, ὅτι δοκοίη καὶ τὸ Κάσιον ὄρος περικλύζεσθαι θαλάττῃ, καὶ πάντα τόπον, ὅπου νῦν τὰ καλούμενα Γέῤῥα, καθ' ἕκαστά τε* (delendum *τέ*) *τεναγίζειν, συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, συνελθούσης* (lege sensu flagitante *ἀνελθούσης*, Strabonis paraphrasi, *τὴν ἀναχώρησιν γενέσθαι*, et Stratonis *ἐνδούσης* fr. XXXI. abunde agnitum.) *δὲ τῆς θαλάττης ἀποκαλυφθῆναι.* Vocabulum *συνάπτειν* ab Eratosthene adhibitum monstrant Strabonis sequentia: *τὸ δὴ τεναγίζειν τὸν λεχθέντα τόπον, συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, ἀμφίβολόν ἐστιν, ἐπειδὴ τὸ συνάπτειν σημαίνει καὶ τὸ σύνεγγυς, καὶ τὸ ψαύειν.* Cupide illam plane falsam explicationem praetulit, ut qui illius sententiam de terra super mare eminenti nollet admittere; rectius Hipparchus cuius nugae supra leguntur vocem intellexerat: *συνάπτειν* hic significare, continuandi vices gerere, cohaerere, Eratosthenis iuxta usus fr. XXVI. LVII. LVIII. evincit, ac disertissimus ille Stratonis locus. Adde antiquiorum auctorum exempla, praeter ea quorum copiam facit Hermanni notula ad Aiac. 1296, Eurip. Phoen. 1390. Suppl. 1014. Heracl. 430. Sophocl. El. 21. Aristoph. Acharn. 694. Iam vero cum omnia hoc fragmento contenta plane eadem extent in Stratonis verbis modo significatis, neque dudum memorata post doctrinam de oceani forma denuo locum adeo commodum reperire potuerint: verisimillimum videtur, Strabonem, eadem iam apposita oblitum, utpote in campo non ita pertractato versantem, atque Hipparchi obiecta persequentem, dum ab huius pendet dictis, quasi nunc demum superioribus annexa intulisse. Omnino haecce de originibus telluris longe aliter constituturus eram, nisi disertis Strabonis testimoniis de ordine fragmento-

rum, altero teste deficiente, auscultare tutius visum fuisset.

XXXIV. IDEM I. p. 61 extr. sq. *Τοῦ Ἡροδότου* (IV, 36.) *μηδένας Ὑπερβορέους εἶναι φήσαντος, μηδὲ γὰρ Ὑπερνοτίους λέγοι ἂν* (sic), *φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν ὁμοίαν ὁ Ἐρατοσθένης τῷ σοφίσματι τούτῳ, εἴ τις λέγοι μηδένας εἶναι ἐπιχαιρεκάκους, μηδὲ γὰρ ἐπιχαιραγάθους· κατὰ τύχην τε εἶναι καὶ Ὑπερνοτίους· κατὰ γοῦν τὴν Αἰθιοπίαν μὴ ἐπιπνεῖν νότον, ἀλλὰ καὶ κατωτέρω.* Strabo, argumento satis frigido contra haec obnixus, iustae in quam Herodotus incurrere debuerit reprehensionis ita commonet: *Εἰ δ' ἄρα τι τοῦ Ἡροδότου, τοῦτ' ἐχρῆν αἰτιᾶσθαι, ὅτι τοὺς Ὑπερβορέους τούτους ὑπέλαβε λέγεσθαι, παρ' οἷς ὁ Βορέας οὐ πνεῖ:* Herodotum scilicet non intellexisse, illa voce *τοὺς βορειοτάτους* designari, ratus. Sed vide sinistram philosophandi rationem, qua ne tenuem quidem Nostri allegoriam percipere potuit: qui Herodoti decretum postquam everterat, eo ipso tacite vulgarem sententiam restituit, ita ut *Ὑπερβορέους* habitare potuisse innuerit; an habitarint, id vero prudenter in medio reliquit. Quid tandem huius observationis materiam suppeditarit, ex Strabone erui nequit. Tum ille pergit:

XXXV. *Ἑξῆς δὲ λέγει πρὸς τοὺς φανερῶς πεπλασμένα καὶ ἀδύνατα λέγοντας· τὰ μὲν γὰρ ἐν μύθου σχήματι, τὰ δ' ἱστορίας· περὶ ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, οὐδ' ἐκεῖνον ἐχρῆν ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ φλυάρους σκοπεῖν. Ἡ μὲν οὖν πρώτη διέξοδος αὐτῷ τῶν ὑπομνημάτων τοιαύτη.* Vide supra p. 22.

FRAGMENTA LIBRI SECUNDI.

XXXVI. STRABO ib. p. 62. *Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ πειρᾶται διόρθωσίν τινα ποιεῖσθαι τῆς γεωγραφίας, καὶ τὰς ἑαυτοῦ λέγει ὑπολήψεις. — Τὸ μὲν οὖν τὰς*

μαθηματικὰς ὑποθέσεις ἄγειν καὶ φυσικάς (ita editur, soloece, ne illo quidem *τάς* sensui conveniente: duplex vitium *τινάς* pro *τάς* reposito exemeris.), *εὖ λέγεται· καὶ ὅτι εἰ σφαιροειδὴς ἡ γῆ καθάπερ καὶ ὁ κόσμος περιοικεῖται, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. Εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, οὐδ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων πρόσχρηται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος, ἐπὶ τοῦ διὰ Μερόης καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Βορυσθένους μεσημβρινοῦ μικρὸν παραλλάττειν φήσας παρὰ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δ' ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πλειόνων· καὶ δεικνύς, ὅτι σφαιροειδὴς καὶ ἡ γῆ σὺν τῇ ὑγρᾷ φύσει, καὶ ὁ οὐρανός, ἀλλοτριολογεῖν ἂν δόξειεν· ἀρκεῖ γὰρ τὸ ἐπὶ μικρόν.* De exiguo illo errore quem Hipparchus notavit in sequentibus (fr. XLII.) dicetur; mathematica vero fragmenta, ab Strabone non prorsus reiecta, breviter tamen ut quae ab ipsius intellectu essent remota prodeuntia, deinceps huic prooemio adiungenda sunt. Eorum quae quidem ipsis perpauca essent cognita omnia titulorum collatores, Galeus, et, quod mireris, Fabricius, pro singulari sua sollertia ad *Dimensionum* (*Μετρήσεων*) opus rettulerunt, neque illis plus vidisse Seidelius dici potest, qui p. 48. dimensionis fragmentum a Cleomede servatum probabiliter ad Geographicorum librum secundum pertinere pronunciarit: ad id nimirum non ita magno acumine opus erat, ut quod ex Strabone manifesto demonstrari queat. Fabricius quidem etiam in eo errat, quod Bibl. Gr. IV. p. 124. ab isto opusculo superbam orbis terrarum mensoris, qua Censorinus Eratosthenem decoravit, significationem derivat; nec quidquam prodest Harlesii coniectura, amplius quam de mensura illic actum fuisse, duobus Plutarchi qui dicitur de placitis philosophorum locis ex verisimilitudine sese colligere: quod quo valeat,

ne ipsum quidem percepisse existimem. Unus qui distincte libros dimensionum memoravit est Macrobius, neque per se testis locupletissimus, neque in hac de Eratosthene disceptatione cuiuscunque momenti, quippe cuius tria fragmenta nihil quod non aliunde vel doceamur vel ab eo depromi potuerit enarrent. Sed quoniam et loca ad mensurarum genus spectantia ea sunt, quae in Geographicis appositum sane ordinem constituere queant, et prudentissimi antiquorum hominum qua erant breviloquentia semel profligandum iterum iterumque occinere dedignabantur: nullum dimensionum opus Eratosthenicum unquam extitisse certissime concluditur.

XXXVII. Ptolemaeus magnae syntaxis I, 10. extr. (p. 18. init. Basil. 1538.) — *κατελαβόμεθα τὴν ἀπὸ τοῦ βορειοτάτου πέρατος ἐπὶ τὸ νοτιώτατον περιφέρειαν, ἥτις ἐστὶν ἡ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τμημάτων, πάντοτε γινομένην μζ̄ καὶ μείζονος μὲν ἢ διμοίρου τμήματος, ἐλάσσονος δὲ ἡμίσους τετάρτου· δι᾽ οὗ συνάγεται σχεδὸν ὁ αὐτὸς λόγος τῷ τοῦ Ἐρατοσθένους, ᾧ καὶ ὁ Ἵππαρχος συνεχρήσατο. Γίνεται γὰρ τοιούτων ἡ μεταξὺ τῶν τροπικῶν ιᾱ ἔγγιστα, οἵων ἐστὶν ὁ μεσημβρινὸς πγ̄.* Ita haec a Theone p. 60. init. explicantur: *καὶ οὗτος ὁ λόγος ὁ αὐτὸς σχεδὸν τῷ τοῦ Ἐρατοσθένους, ᾧ καὶ ὁ Ἵππαρχος ἐχρήσατο, ὡς ἀκριβῶς εἰλημμένῳ. καὶ γὰρ ὁ Ἐρατοσθένης διαιρήσας τὸν ὅλον κύκλον πγ̄, εὗρισκε τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν, τῶν αὐτῶν *) ιᾱ, καὶ ἔστιν ὡς τξ πρὸς μζ̄ μβ′ μ″, οὕτως πγ̄, ιᾱ. (πρὸς ιᾱ.)*

*) Lege *τὴν εὐθεῖαν;* ac ne repetitum mireris articulum, considera primum Strabon. I. p. 43. *τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου τὰ περὶ τὸν Πόντον*, quod Heynium ad Apollod. p. 418. offendit. Procli in Euclid. Elem. II. p. 31. *τὰς μὲν ὑπὸ Μεναίχμου τὰς κωνικάς.* Theon. fr. seq. et testes inferiores, Schol. Aesch. Prom. β′. 684. *τὰ εἰς ἐμὲ τὰ γενόμενα.* Schol. Arist. Equit. 642. Non pauca huius moduli praebet Pausanias, de cuius usu v. Sylburg. p. 242. 929. Istius observationis utilitatem certe unus Schol.

XXXVIII. Idem Theo p. 71. ἡ δὲ τῆς αβ περιφερείας διπλῆ κατὰ τὸν συμπεφωνημένον ἡμῖν τὸν τοῦ Ἐρατοσθένου(ς) λόγον, τὸν τῶν πγ πρὸς τὰ ιᾶ, μοιρῶν ἐστι μζ μβ' μ'', ἡ δὲ ὑπ' αὐτὴν εὐθεῖα τμημάτων μη λα' νε''.

Pind. Ol. VII, 138. declaret, ubi legendum, τὴν γὰρ πατρῴαν αὐτῶν τὴν νῆσον, inutili αὐτήν sublato. Neque erat quod Schol. Aeschyli Agam. 137. corrigeretur, Lucianive T. I. p. 64. Nunc nobilissimos certissimosque proferam auctores, Sophocl. Oedip. R. 1481. ὡς τὰς ἀδελφὰς τάςδε τὰς ἐμὰς χέρας. Eurip. Orest. 202. τό τ' ἐμὸν οἴχεται βίου τὸ πλέον μέρος. Arist. Eq. 995, 96. non perspectum Kustero: τὴν Δωριστὶ μόνην ἂν ἁρμόττεσθαι θαμὰ τὴν λύραν. Aristot. ap. Athen. XI. p. 505. C. ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. Interpreti, dum ait: aut Alexameni Teii dialogos, *qui ante Socraticos conscripti sunt*, soloecismus obversabatur. Alexis ap. Athen. IV. p. 164 extr. sive VI. p. 229. B.

ὅπου γάρ ἐστιν ὁ κέραμος μισθώσιμος
ὁ τοῖς μαγείροις.

Iam novissimi Ecclesiazusarum interpretis audi eruditionem p. 694. „Toupius eleganter se coniecisse ait τὴν κατάπρωκτον — τὴν τέχνην. Eodem sermonis vitio ap. Plat. Legg. p. 28. Ast. olim legebatur τὴν ναυτικὴν τὴν ἐπιστήμην, et similia hic illic librariorum culpa." Quibus hominis tantum arrogantissimi reprehensio, Aristophani eiusmodi locutionem ingerentis, recte administratur. Proinde erit, quo contra intelligentioris iudicis, Schaeferi, qui quidem paullo ante ad Theocriti IV, 21. duos huius poetae locos observarat, suspicionem Sophocl. Trach. 445. ὥςτ' εἴ τι τὠμῷ τἀνδρί, tuearis. Sed tamen aegre critico repetitum eiusmodi articulum concesserim; perperam certe Bentleius τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον Menandreis intulit p. 14, Schweighaeuserus τὰ λοιπὰ τὰ χωρία Athenaeo III. p. 76. A. Insignis Graeci sermonis volubilitas vel hoc usu cognoscitur: qui, huius si loci, ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθέν, τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγένειαν· similes comparentur, nihil adeo difficultatis inhaeserit. Quin propius etiam haec loca accedunt, unde singularem eam constructionem fere derives. Aristoph. Pluti 814, 15.

— τοὺς δὲ πινακίσκους, τοὺς σαπρούς,
τοὺς ἰχθυηρούς, ἀργυροῦς πάρεσθ' ὁρᾶν.

Nub. 763, 64.

ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον
ταύτην ἑώρας, τὴν καλήν, τὴν διαφανῆ.

Compara, ne longus sim, Avium 1003. Tagenist. fragm. IV. apud Athenaeum Nicocharem VII. p. 328. E. Anthippum IX. p. 404. C. Pherecratem XI. p. 481. B. Antiphanem XV. p. 666. F. Sed inprimis est memorabilis Equitum versus 1328. ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ, ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις. Quae tamen Theopompus dixit ap. Athen. XII. p. 532. B. διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ (his uti debuerat Heindorf. ad Gorg. p. 58.) τὴν περὶ τὸν βίον, nimia sunt licentia profusa.

XXXIX. Idem Theo p. 23. *τὴν δὲ ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν ἐπὶ τὰ χθαμαλώτερα πίπτουσαν κάθετον δείκνυσιν Ἐρατοσθένης διὰ τῶν ἐξ ἀποστημάτων μετρουσῶν διοπτρῶν σταδίων ι̅.* Simplicius ad Aristot. de Coelo lib. II. extr. fol. 136. v. *ὁ γὰρ Ἐρατοσθένης τὴν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν πρὸς τὰ ὑφειμένα πίπτουσαν κάθετον δείκνυσι, διὰ τῆς διόπτρας ἀναμετρήσας ἐκ τῶν ἀποστημάτων, ὑπάρχουσαν σταδίων δέκα.* Quae loca unum idemque valent; unde haud scio an ex Cleomede p. 56. (supra p. 50.) numerus minus suspectus *ιέ* restituendus sit.

XL. Joh. Lydus de mensibus p. 39. sq. *ἀφεστάναι δὲ λόγος ἀπὸ τῆς γῆς κατὰ τὸν Ἐρατοσθένην τὴν μὲν σελήνην σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ, τὸν δὲ ἥλιον τετρακοσίας καὶ ὀκτάκις μυρίας* (leg. *μυριάδας*). Eusebii Praep. Ev. XV, 53. *Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς σταδίων μυριάδας τετρακοσίας καὶ ὀκτακιςμυρίας, τὴν δὲ σελήνην ἀπέχειν τῆς γῆς μυριάδας οη̅ σταδίων.* Stobaeus Eclog. phys. I, 27. p. 566. Heer. (p. 61, 8. Canter.) *Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς σταδίων μυρίων* (hoc delendum) *μυριάδας τετρακοσίας καὶ στάδια ὀκτάκις μύρια· τὴν δὲ σελήνην ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτὼ σταδίων.* Eadem in opere Galenico leguntur. Lacunosa sunt Placita philosoph. II, 31. *Περὶ ἀποστήματος σελήνης, ὃ ἀφέστηκε τοῦ ἡλίου] — Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ.* Desunt igitur, quae de distantia solis a luna disseruerunt. Turbat Corsinus: at in Eusebio, ait, et Galeno vox *μυριάδων* omittebatur, adeoque solis a tellure distantia in hac lectione quam Stobaeanae praetulerim minuenda foret.

XLI. Macrobius in Somn. Scip. I, 20. p. 100. Eratosthenes in libris dimensionum sic ait: Mensura terrae septies et vicies multiplicata mensuram solis ef-

ficiet. Heumannus in Fabricii Bibl. Gr. l. l. emendat, septies, et decies.

His rationibus longe celebrior ea, qua Eratosthenica dimensio ambitus terrestris nitebatur, apud CLEOMEDEM Cycl. Theor. c. 10. accuratissime explicita reperitur. Is postquam in universum monuerat, *περὶ δὲ τοῦ μεγέθους τῆς γῆς πλείους μὲν γεγόνασι δόξαι παρὰ τοῖς φυσικοῖς, βελτίους δὲ τῶν ἄλλων εἰσὶν ἥ τε τοῦ Ποσειδωνίου καὶ ἡ Ἐρατοσθένους*, pergit p. 52 sqq., exposita Posidonii sententia.

XLII. *Ἡ δὲ τοῦ Ἐρατοσθένους γεωμετρικῆς ἐφόδου ἐχομένη καὶ δοκοῦσά τι ἀσαφέστερον ἔχειν, ποιήσει δὲ σαφῆ τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτοῦ, τάδε προϋποθεμένων ἡμῶν. Ὑποκείσθω ἡμῖν πρῶτον μὲν κἀνταῦθα, ὑπὸ τῷ αὐτῷ μεσημβρινῷ κεῖσθαι Συήνην καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ τῶν πόλεων πεντακισχιλίων σταδίων εἶναι, καὶ τρίτον, τὰς καταπεμπομένας ἀκτῖνας ἀπὸ διαφόρων μερῶν τοῦ ἡλίου ἐπὶ διάφορα μέρη τῆς γῆς παραλλήλους εἶναι· οὕτως γὰρ ἔχειν αὐτὰς οἱ γεωμέτραι ὑποτίθενται. Τέταρτον, ἐκεῖνο ὑποκείσθω δεικνύμενον παρὰ τοῖς γεωμέτραις, τὰς εἰς παραλλήλους ἐμπιπτούσας εὐθείας τὰς ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ποιεῖν. Πέμπτον, τὰς ἐπὶ ἴσων γωνιῶν βεβηκυίας περιφερείας ὁμοίας εἶναι, τοῦτο ἔστιν, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον πρὸς τοὺς οἰκείους κύκλους· δεικνυμένου καὶ τούτου παρὰ τοῖς γεωμέτραις. Ὁπόταν γὰρ περιφέρειαι ἐπὶ ἴσων γωνιῶν ὦσι βεβηκυῖαι, ἂν μία ἡτισοῦν αὐτῶν δέκατον ᾖ μέρος τοῦ οἰκείου κύκλου, καὶ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι δέκατα μέρη γενήσονται τῶν οἰκείων κύκλων. Τούτων ὁ κατακρατήσας οὐκ ἂν χαλεπῶς τὴν ἔφοδον τοῦ Ἐρατοσθένους καταμάθοι, ἔχουσαν οὕτως. Ὑπὸ τῷ αὐτῷ κεῖσθαί φησι μεσημβρινῷ Συήνην καὶ Ἀλεξάνδρειαν. Ἐπεὶ οὖν μέγιστοι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ οἱ μεσημβρινοί, δεῖ καὶ τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς τῆς γῆς κύκλους με-*

γίστους εἶναι ἀναγκαίως. Ὥστε ἡλίκον ἂν τὸν διὰ Συήνης καὶ Ἀλεξανδρείας ἥκοντα κύκλον τῆς γῆς ἡ ἔφοδος ἀποδείξει αὕτη, τηλικοῦτός ἐστιν ὁ μέγιστος τῆς γῆς κύκλος. Φησὶ τοίνυν, καὶ ἔχει οὕτως, τὴν Συήνην ὑπὸ τῷ θερινῷ τροπικῷ κεῖσθαι κύκλῳ. Ὁπόταν οὖν ἐν καρκίνῳ γενόμενος ὁ ἥλιος καὶ θερινὰς ποιῶν τροπὰς ἀκριβῶς μεσουρανήσῃ, ἄσκιοι γίνονται οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες ἀναγκαίως, κατὰ κάθετον ἀκριβῆ τοῦ ἡλίου ὑποκειμένου· καὶ τοῦτο (forte ταῦτα) γίνεσθαι λόγος ἐπὶ σταδίους τριακοσίους τὴν διάμετρον. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἀποβάλλουσιν οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες σκιάν, ἅτε πρὸς ἄρκτῳ μᾶλλον τῆς Συήνης ταύτης τῆς πόλεως κειμένης. Ὑπὸ τῷ μεσημβρινῷ τοίνυν καὶ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν πόλεων κειμένων, ἂν περιαγάγωμεν περιφέρειαν ἀπὸ τοῦ ἄκρου τῆς τοῦ γνώμονος σκιᾶς ἐπὶ τὴν βάσιν αὐτὴν τοῦ γνώμονος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὡρολογίου, αὕτη (vulgo αὐτὴ) ἡ περιφέρεια τμῆμα τοῦ μεγίστου τῶν ἐν τῇ σκάφῃ κύκλων, ἐπεὶ μεγίστῳ κύκλῳ ὑπόκειται ἡ τοῦ ὡρολογίου σκάφη. Εἰ οὖν ἑξῆς νοήσαιμεν εὐθείας διὰ τῆς γῆς ἐκβαλλομένας ἀφ᾽ ἑκατέρου τῶν γνωμόνων, πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς γῆς συμπεσοῦνται. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἐν τῇ Συήνῃ ὡρολόγιον κατὰ κάθετον ὑπόκειται τῷ ἡλίῳ, ἂν ἐπινοήσωμεν εὐθεῖαν ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἥκουσαν ἐπ᾽ ἄκρον τοῦ ὡρολογίου γνώμονα, μία γενήσεται εὐθεῖα, ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου μέχρι τοῦ κέντρου τῆς γῆς ἥκουσα. Ἐὰν οὖν ἑτέραν εὐθεῖαν νοήσωμεν ἀπὸ τοῦ ἄκρου τῆς σκιᾶς τοῦ γνώμονος ἐπὶ τοῦ ἡλίου ἀναγομένην ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σκάφης, αὕτη (vulgo αὐτὴ) καὶ ἡ προειρημένη εὐθεῖα παράλληλοι γενήσονται, ἀπὸ διαφόρων γε τοῦ ἡλίου μερῶν ἐπὶ διάφορα μέρη τῆς γῆς διήκουσαι. Εἰς ταύτας τοίνυν παραλλήλους οὔσας ἐμπίπτει εὐθεῖα, ἡ ἀπὸ κέντρου τῆς γῆς ἐπὶ τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γνώμονα ἥκουσα, ὥστε τὰς ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ποιεῖν· ὧν ἡ μέν ἐστιν

πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς γῆς κατὰ σύμπτωσιν εὐθειῶν, αἳ ἀπὸ τῶν ὡρολογίων ἤχθησαν ἐπὶ τὸ κέντρον τῆς γῆς, γενομένη, ἡ δὲ κατὰ σύμπτωσιν ἄκρου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γνώμονος, καὶ τῆς ἀπ' ἄκρας αὐτοῦ τῆς σκιᾶς ἐπὶ τὸν ἥλιον διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ψαύσεως ἀναχθείσης γεγενημένη. Καὶ ἐπὶ μὲν ταύτης βέβηκε περιφέρεια, ἡ ἀπ' ἄκρας τῆς σκιᾶς τοῦ γνώμονος ἐπὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ περιαχθεῖσα· ἐπὶ δὲ τῆς πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς γῆς, ἡ ἀπὸ Συήνης, διήκουσα εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ὅμοιαι τοίνυν αἱ περιφέρειαί εἰσιν ἀλλήλαις, ἐπὶ ἴσων γωνιῶν βεβηκυῖαι. Ὃν ἄρα λόγον ἔχει ἡ ἐν τῇ σκάφῃ πρὸς τὸν οἰκεῖον κύκλον, τοῦτον ἔχει λόγον καὶ ἡ ἀπὸ Συήνης εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἥκουσα. Ἡ δέ γε ἐν τῇ σκάφῃ πεντηκοστὸν μέρος εὑρίσκεται τοῦ οἰκείου κύκλου· δεῖ οὖν ἀναγκαίως καὶ τὸ ἀπὸ Συήνης εἰς Ἀλεξάνδρειαν διάστημα πεντηκοστὸν εἶναι μέρος τοῦ μεγίστου τῆς γῆς κύκλου. Καὶ ἔστι τοῦτο σταδίων πεντακισχιλίων. Ὁ ἄρα σύμπας κύκλος γίνεται μυριάδων εἴκοσι πέντε. Καὶ ἡ μὲν Ἐρατοσθένους ἔφοδος τοιαύτη. Cf. fr. CXXIII. Cleomedem supplet MARTIANUS CAPELLA VI. p. 194. Circulum quidem terrae ducentis quinquaginta duobus millibus stadiorum, ut ab Eratosthene doctissimo gnomonica supputatione discussum. Quippe scaphia dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum ductus stili in medio fundo sua proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur, cuius umbrae prolixitas aequinoctio centri sui extimatione dimensa, vigies quater complicata, circuli duplicis modum reddit. Eratosthenes vero a Syene ad Meroen per mensores regios Ptolemaei certus de stadiorum numero redditus, quotaque portio telluris esset advertens, multiplicansque pro partium ratione circulum, mensuramque (l. mensuram) terrae incunctanter, quot millibus stadiorum ambiretur, absolvit. Rationem universam illustravit R. Balforeus ad Cleomed. p. 219 sq., et erudite de la Nauze

(Mem. de l'Acad. d. Inscr. t. 26. Remarques sur Eratosthène à l'occasion de la latitude de Syéne.) p. 101 — 111, qui Eratosthenem observavit Alexandriae latitudinem 31° 12′ posuisse, novissimis temporibus 31° 11′ 20″ repertam: quae quadraginta secundarum differentia exigui est momenti. Illam Hipparchus in fr. XXXVI. innuisse videtur. Sed ambitus aequatoris sive maximi cuiusque circuli 250,000 stadiorum modo admittebatur, modo utpote uno nixus Cleomede reiectus est. Nam Balforeum p. 221. mirari subiit, ceteros auctores, hac ipsa ratiocinatione aliud demonstrante, 252,000 constanter ex Eratosthenis mente asseverare; Gossellinus contra Cleomedis testimonium permultis locis obstantibus praeponi debere negat (Géogr. des Grecs analysée p. 7.), praeeunte Fello p. 39, qui illam dimensionem collectioni suae inseruerat. Neutram ego viam pensiculate indagatam fuisse existimo. Quotquot enim sententias Cleomedes exposuit, adeo inter se connexae sunt et aptae, ut suo merito non possit temeritatis accusari; neque ita liquet, unde quinquagenarium numerum intrudere sustinuerit; at vero cum praeter alios Strabo vicibus iteratis duo millia stadiorum adiecerit, eumque calculum divisus ut apparet (cf. Strab. II. p. 132.) ab Eratosthene maximus circulus in trecentas sexaginta sectiones, septingentis stadiis per singulas confectis, omni eximat dubio: ne de huius quidem narrationis veritate est quod disceptetur. Jam vero istas difficultates non adeo magno molimine dissolveris. Ex accurata enim ratiocinatione numerum Cleomedis Eratostheni provenire debuisse intelligitur; at illa damnosa futura erat, si necessario disponendae tabularum partes ei velut normae et fundamento superstruerentur. Nihil igitur mirum, quod numerum geometrica ratione collectum paucis stadiis adauctum ad iustam mensuram transferre malebat. Antiquos enim

geographos neque in stadiis demendis addendisve magnopere verecundos fuisse, neque calculos sibi pro verissimis habitos, si modo sat idoneis momentis adducerentur, commodiori antetulisse sententiae, prout Hipparchus fecit exemplo supra explicito, certissime constat. Vid. notata ad fr. LII. Ceterum novum opus Gnomonicen ex Vitruvio et Cleomede Galeum comminisci potuisse, vix quisquam crediderit.

Igitur computatio qualem plerique testes litteris prodiderunt tali modo sese habet:

XLIII. STRABO II. p. 113. *Ὄντος δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων.* p. 123. *ὑποθέμενος, ὥσπερ ἐκεῖνος (Ἵππαρχος), εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ δισχιλίων· ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν· οὐ μεγάλη γὰρ παρὰ τοῦτ' ἔσται διαφορὰ πρὸς τὰ φαινόμενα ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν οἰκήσεων διαστήμασιν.* VITRUVIUS I, 6. Si autem animadverterint, orbis terrae circuitionem per solis cursum et gnomonis aequinoctialis umbras in inclinatione coeli ab Eratosthene Cyrenaeo rationibus mathematicis et geometricis methodis esse inventam ducentorum quinquaginta duum millium stadiorum, quae fiunt passus semel et tricies millies mille et quingenties mille. — Sunt autem nonnulli, qui negant Eratosthenem veram mensuram orbis terrae potuisse colligere. Admirabundus pro more PLINIUS II, 112. Universum autem hunc circuitum Eratosthenes, in omnium quidem litterarum subtilitate, et in hac utique praeter ceteros sollers, quem cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium stadium prodidit; quae mensura Romana computatione *) efficit trecenties quindecies centena millia

*) Eam cum stadiis Eratosthenis ita componit Harmenopulus *προχείρου* II. tit. 4. p. 115. *Τὸ μίλιον κατὰ μὲν Ἐρατοσθένην καὶ Στράβωνα τοὺς γεωγράφους ἔχει σταδίους η̄. καὶ γ̄. ἤτοι οὐργίας ωλξ̄.*

pass. Improbum ausum, verum ita subtili argumentatione comprehensum, ut pudeat non credere. Hipparchus, et in coarguendo eo, et in reliqua omni diligentia mirus, adiicit stadiorum paullo minus XXV. millia. Censorinus c. 13. p. 59. Ut Eratosthenes geometrica ratione collegit, maximum terrae circuitum esse stadiorum CCLII. millium. Ioh. Philoponus in Aristot. Meteor. I. p. 79. *Ἀῤῥιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων φησίν, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται, εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σταδίων ἔχειν τὸν περίμετρον τοῦ μεγίστου τῆς γῆς κύκλου.* Marcianus Heracleota periplo p. 6. Huds. *Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Κυρηναῖος τὴν μεγίστην περιφέρειαν τῆς ἐγνωσμένης ἁπάσης γῆς εἶναι λέγει σταδίους μ. κε΄. καὶ ϑσ΄.* Recte Hudsonus *σταδίων μ.* (i. e. myriadas) *κε΄. καὶ ͵β;* male, quod libellum Eratosthenis *περὶ μέτρου τῆς γῆς περιφερείας*, sive Cleomedis locum, excusum Oxon. 1672. (apud Fellum) affert. Non satis liquet, unde suam sapientiam elicuerit Martianus Capella VIII, 289. Ab Eratosthene Archimedeque persuasum, in circuitu terrae esse CCCCVI. millia stadiorum et decem stadia: quae decem stadia Plinius si comperta habuisset, puduisset eum credo tam nugacium commentorum. Negligenter etiam Gossellinus Macrobii locum (fr. XLI.) ad illam dimensionem referebat. Ceterum monuit de la Nauze supra laudatus p. 107. Eratosthenem per singulos gradus mensuram paene Germanicum milliare aequiparantem neglexisse, qualem errorem remotis illis temporibus facile condonandum esse.

XLIV. Strabo I. p. 62. extr. sq. *Ἑξῆς δὲ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζων, φησίν, ἀπὸ μὲν Μερόης ἀπὸ**) *τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ μέχρι Ἀλεξαν-*

---

*) Hunc praepositionis usum ipse Strabo libri II. initio, maxime vero Cleomedes supra allatus p. 54. (ed. Balf.) contra Lipsiensis editoris lectionem *ἐπί* confirmat.

δρείας εἶναι μυρίους· ἔνθεν δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον περὶ ὀκτακισχιλίους ἑκατὸν σταδίους· εἶτ' εἰς Βορυσθένη πεντακισχιλίους· εἶτ' ἐπὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ Θούλης, ὅν φησι Πυθέας ἀπὸ μὲν τῆς Βρετανικῆς ἓξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, ἐγγὺς δ' εἶναι τῆς πεπηγυίας θαλάττης, ἄλλους ὡς μυρίους χιλίους πεντακοσίους. Ἐὰν οὖν ἔτι προσθῶμεν ὑπὲρ τὴν Μερόην ἄλλους τρισχιλίους τετρακοσίους, ἵνα καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων νῆσον ἔχωμεν, καὶ τὴν κιναμωμοφόρον, καὶ τὴν Ταπροβάνην, ἔσεσθαι σταδίους τρισμυρίους ὀκτακισχιλίους. Errorem de intervallo quod a Borysthene ad Thulen posuit commissum auctoritate Pytheae, notavit Strabo post Hipparchum: de quo quid sentiendum sit, dictum p. 20.

XLV. Strabo p. 63 sq. Διαμαρτὼν δε τοῦ πλάτους, ἠνάγκασται καὶ τοῦ μήκους ἀστοχεῖν. Ὅτι μὲν γὰρ πλέον ἢ διπλάσιον τὸ γνώριμον μῆκός ἐστι τοῦ γνωρίμου πλάτους, ὁμολογοῦσι καὶ οἱ ὕστερον, καὶ τῶν ἄλλων οἱ χαριέστατοι *). — Ὁρίσας δὲ τὸ λεχθὲν πλάτος, τὸ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων Αἰθιόπων μέχρι τοῦ διὰ Θούλης, ἐκτείνει πλέον ἤδη τὸ μῆκος, ἵνα ποιήσῃ πλέον ἢ διπλάσιον τοῦ λεχθέντος πλάτους. Φησὶ δ' οὖν, τὸ μὲν τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, τὸ στενώτατον, σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων· τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀκρωτήρια τεῖνον, τρισχιλίοις (lege τρισχιλίους, ἢ omisso) εἶναι μεῖζον· τὸ δὲ ἔνθεν ἐπὶ Κασπίους πύλας μυρίων τε καὶ τετρακισχιλίων· εἶτ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην μυρίων· ἐπὶ δὲ τὸν Νεῖλον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου πεντακισχιλίων· ἄλλους δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους μέχρι Κανωβικοῦ στόματος· εἶτα μέχρι τῆς Καρχηδόνος μυρίους τρισχιλίους πεντακοσίους· εἶτα μέχρι στηλῶν ὀκτακισχιλίους τοὐλάχιστον. ὑπεραίρειν δὲ τῶν ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίοις.

*) Agathemerus de geogr. I. init. in Gronovii geograph. antiq. p. 174. Εὔδοξος δὲ τὸ μῆκος (τῆς γῆς) διπλοῦν τοῦ πλάτους, ὁ δὲ Ἐρατοσθένης πλεῖον τοῦ διπλοῦ.

δεῖν δὲ) ἔτι προσθεῖναι τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, ἀντικείμενον μὲν τοῖς Ἴβηρσι, προπεπτωκὸς δὲ πρὸς τὴν ἑσπέραν, οὐκ ἔλαττον σταδίων τρισχιλίων· καὶ τὰ ἀκρωτήρια τά τε ἄλλα καὶ τὸ τῶν Ὠστιδαμνίων, ὃ καλεῖται Κάλβιον, καὶ τὰς κατὰ τοῦτο νήσους, ὧν τὴν ἐσχάτην Οὐξισάμην φησὶ Πυθέας ἀπέχειν ἡμερῶν τριῶν πλοῦν. Ταῦτα δ' εἰπὼν τὰ τελευταῖα οὐδὲν πρὸς τὸ μῆκος συντείνοντα, προσέθηκε τὰ περὶ τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ τῶν Ὠστιδαμνίων, καὶ τῆς Οὐξισάμης, καὶ ὧν φησι νήσων. ταῦτα γὰρ πάντα προσάρκτιά ἐστι καὶ Κελτικὰ καὶ οὐκ Ἰβηρικά, μᾶλλον δὲ Πυθέου πλάσματα. [Εἶτα] προστίθησι τοῖς εἰρημένοις τοῦ μήκους διαστήμασιν ἄλλους σταδίους δισχιλίους μὲν πρὸς τῇ δύσει, δισχιλίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, ἵνα σώσῃ τὸ πλέον ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι* (leg. *τό, πλέον ἢ διπλάσιον τὸ μῆκος τοῦ πλάτους εἶναι*). Hisce septuaginta stadiorum millia praeter octingenta colliguntur, quae cum latitudinem duodequadraginta millium duplicatam nondum transgrediantur, intervallum vero orientale maius esse sequentibus doceatur, apparet iam *δισχιλίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ* peccatum numeri prae se ferre; cui quale sit remedium admovendum latet. Jam rationes Eratosthenis loco apprime corrupto Strabo p. 64. sq. continuat:

XLVI. *Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλέον, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν διάστημα μεῖζον λέγειν, κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι, ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν ἑσπέραν μακροτέραν εἶναι τὴν οἰκουμένην.* *** *καθάπερ εἰρήκαμεν, ὡς οἱ μαθηματικοί, φησὶ κύκλον συνάπτειν, συμβάλλουσαν ἑαυτὴν ἑαυτῇ.* Neque lacuna, neque corruptelae verborum hucusque feliciter sublatae sunt;

---

*) Lege *γάρ*; numeri enim hucusque appositi cum 67,800 stadia compleant, tum demum 70,800 efficient, cum tria millia addideris.

sunt; praeterea post voces *ὡς οἱ μαθηματικοί*, quae Strabonis sunt, non Eratosthenis, plura exciderunt. Illis haec statim annectuntur: *Ὥστ' εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους ἐκώλυε, κἂν πλεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰνδικὴν διὰ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, τὸ λοιπὸν μέρος παρὰ τὸ λεχθὲν διάστημα, ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος ὂν τοῦ ὅλου κύκλου, εἴπερ ὁ διὰ Θινῶν ἐλάττων ἐστὶν εἴκοσι μυριάδων· ὅπου πεποιήμεθα τὸν εἰρημένον σταδιασμὸν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Ἰβηρίαν.* Aegre sane ferendum, in locum gravissimum tantam cladem grassatam fuisse; clarissime enim quae ruinam effugerunt, illam Columbi sententiam de nova terra detegenda Nostro utpote priori esse inventori assignandam significant.

Huic de intervallis disquisitioni apta videntur sequentia mensurarum fragm.

XLVII. Plinius VI, 35. p. 345. Eratosth. [Syenae ad Meroen distantiam prodidit] DCXXV. mill. Strab. II. p. 114. *Ἐπεὶ ἐν πεντακισχίλιοι μέν εἰσιν οἱ ἀπὸ Συήνης εἰς Μερόην.*

XLVIII. Idem V, 6. Eratosthenes a Cyrenis Alexandriam terrestri itinere DXXV. M. prodidit. His coniunxerim Strab. X. p. 475. *Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ μὲν τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν. ἔνθεν δ' εἰς Πελοπόννησον ἐλάττους.*

XLIX. Idem V, 36. Distat (Rhodos) ab Alexandria Aegypti — ut Eratosthenes (tradit), CCCCLXIX. mill. Numerum minus accuratum ex Eratosthene prodidit Strabo II. p. 86. extremo fr. LVIII.

L. Idem V, 9. Ab ore autem Ponti ad os Maeotis Eratosthenes $\overline{XVI}$. XLV. M. passuum.

LI. Idem VI, 1. Mensuram Ponti a Bosporo ad Maeotium lacum quidam fecere $\overline{XIV}$. triginta octo mill. passuum, Eratosthenes centum minorem.

LII. Idem V, 6. Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati ab oceano ad Carthaginem magnam

XI. mill. passuum; ab ea Canopicum Nili proximum ostium XV. XXVIII. fecerunt. Posterioribus compa-randa sunt Strabonis ea verba, quae ex libro II. p. 93. fragmento LX. inserentur. Praeterea idem fr. XLV. — *μέχρι Κανωβικοῦ στόματος· εἶτα μέχρι τῆς Καρχηδόνος μυρίους τρισχιλίους πεντακοσίους· εἶτα μέχρι στηλῶν ὀκτακισχιλίους τοὐλάχιστον.* Gossellinus (Géogr. d. Grecs analysée p. 13, 14.) isto *τοὐλάχιστον* arrepto Strabonem monet indicare, numerum aliquem a se negligi; neque enim ipsa 8000 stadia, sed potius 8800 intervallum constituisse, Plinii XI. M. P. demonstrare; atque altero Strabonis testimonio, quae Plinius tradidit 1528. vel secundum Elzevirianam editionem 1630 M. P., sibi per 1688 emendanda videri. Quarum prior coniectura utut speciosa difficultate non caret, altera non necessario adhibenda fuerit. Quod enim Strabonem aliquid numeri praetermisisse contendit, vellem explicasset, quanam ille caussa adductus in hac ratiocinatione singula minutissime persequenti octingenta stadia neglexerit; ac, si tamen universam dimensionem satis distincte octingentorum praeter septem myriadas ponere potuit, cur tandem *τοὐλάχιστον*, nec potius *ὀκτακοσίους* exhibere maluerit. Atqui sanequam pervagatum est, vetustos geographos in colligendis latitudinis longitudinisque intervallis non accuratissime neque versatos fuisse, neque versari potuisse, ut quos ab observatis peregrinantium ex magna parte imminuendis stare oporteret. Proinde quae sive diligentiora probarentur, sive ex geometrica ratione recte sese haberent, in severam admitti mensuram; quibus contraria inesset indoles, rationibus ex arbitrio plerumque compositis inserviebant. Iam ne ipsum quidem Eratosthenem dimensionem latitudinis eique superstructam longitudinis ea mente disposuisse existimo, quasi quae Pytheae narratis inniterentur inexpugnabilem huius quaestionis noti-

tiam protulissent. Cf. ipsum apud Strab. II. p. 79. fr. LVIII. et adi exemplum gemellum fr. XLIX. Quae cum ita essent, potuit ille de longitudine disputans octingenta stadia ex re nata modo addere, modo adimere: quocirca neutra apud Plinium sententia emendatione vel eiusmodi interpretatione indigere videtur. Componantur quae ad fr. XLII. prostant.

Quae praeterea de mensuris et divisionibus terrae libro secundo a Strabone proferuntur, non ausim cum Mannerto Eratostheni attribuere, ut qui nec diserte excitetur, nec satis perspicue tangatur. Etiam quae idem dicit II. p. 95. *τὸ δ' ἑξῆς, μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ λέγω, δείκνυται κατὰ τὴν ὑπ' Ἐρατοσθένους γενομένην ἀναμέτρησιν τῆς γῆς, ὅτι ἐστὶ σταδίων ὀκτακισχιλίων ὀκτακοσίων*, dubium est an merito hic locum possint recipere. Facit tamen unicus Varronis locus, ut nonnulla certe ex ista demonstratione iure huc transferi queant; sed tamen haec quoque ex recentioribus geographis in permultis Nostrum secutis derivari potuisse non negaveris.

LIII. Varro de R. R. I, 2, 3. Primum cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secundum naturam, ad meridiem versus et ad septemtriones. Imperite Fulv. Ursinus coniecit: Asiam ad meridiem versus, et Europam ad septemtriones. Vide ad fr. LV. Strabo II. p. 111. *Καλεῖται δὲ τῶν ἡμισφαιρίων ἑκάτερον τῶν οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον.* Adde fr. LVIII. init.

LIV. Strabo I. p. 65. *Πάλιν δὲ ἐπιμένων τῇ περὶ τοῦ σφαιροειδῆ τὴν γῆν εἶναι ἀποδείξει τῆς αὐτῆς ἐπιτιμήσεως ἂν τυγχάνοι. Ὡς δ' αὕτως καὶ πρὸς τὸν Ὅμηρον οὐ παύεται περὶ τῶν αὐτῶν διαφερόμενος.*

Nunc demum concludit idem librum suum primum et Eratosthenis secundum, florem totius operis

qui vel solus perennem maximo viro gloriam conciliaret afferendo, quo duplex momentum contra eos, qui aliis quam mathematicis rationibus permoti orbem terrarum ex arbitrio dividerent, exhibetur:

LV. *Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν ἠπείρων εἰπὼν γεγονέναι πολὺν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτάς, τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ταναΐδι, νήσους ἀποφαίνοντας· τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Κασπίας καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάττης, καὶ τῷ μεταξὺ τῆς ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ ἐκρήγματος· τοὺς δὲ χεῤῥονήσους αὐτὰς λέγειν· οὐχ ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοιτο ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων μᾶλλον κατὰ Δημόκριτον εἶναι. μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὅρων, καθάπερ Κολυττοῦ καὶ Μελίτης, οἷον στηλῶν ἢ περιβόλων, τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι τοῦτο μέν ἐστι Κολυττός, τουτὶ δὲ Μελίτη, τοὺς ὅρους δὲ μὴ ἔχειν εἰπεῖν. Διὸ καὶ συμβαίνειν κρίσεις πολλάκις περὶ χωρίων τινῶν, καθάπερ Ἀργείοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ Θυρέας, Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς περὶ Ὠρωποῦ. Ἄλλως τε τοὺς Ἕλληνας τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι οὐκ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀποβλέψαντας, ἀλλ᾽ εἴς τε τὴν σφετέραν καὶ τὴν ἀπαντικρύ, τὴν Καρικήν, ἐφ᾽ ᾗ νῦν Ἴωνες καὶ οἱ ἑξῆς· χρόνῳ δὲ ἐπιπλέον προϊόντας ἀεί, καὶ πλειόνων γνωριζομένων χωρῶν, εἰς τοῦτο καταστρέψαι τὴν διαίρεσιν.* Ea sibi haud percepta cum Strabo refellenda sumpsisset, non potuit non audax istud imperitorum iudicium ferre: *ταῦτα εἴρηται παχυμερῶς.* Et priora quidem non adeo illustratione indigent, ad sequentia autem tenendum est, Eratosthenem, postquam errarum divisionem severa, sed arbitraria lege perfectam temeritatis acutissime redarguerat, aliud momentum subiunxisse, posse etiam ex orgine divisionis de eius pretio abunde censeri: homines enim pro cognitione vicinarum regionum paullatim comparata primum duplicis terrae ambitus, deinde Europam, Asiam, Libyam posuisse ac

denominasse; eiusmodi igitur quasi crepundia adolescentis geographicae scientiae repudiari debere. Vere ita eum censuisse sequentia evincent. Primum enim Graecos Phasin et Nilum alterius terrae contrarios terminos existimasse, indicant Eurip. Androm. 651. sq. et Pindarus P. IV. 99. Isthm. II, 61. sq.; proinde Europam et Asiam constituebant, quod exemplorum cumulo monstrarunt interpretes Fulgentii Mythol. II, 16. et Schaeferus Meletem. p. 37. sq. ad Bosii Ellipses p. 531. Sed Herodotus iam ab eo cognitionum genere instructior tres novit mundi partes. Cuius tamen ac paucorum praeterea opinio, ab ipso Eratosthene verbis *τοὺς Ἕλληνας τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι* expressa, adeo non antiquis hominibus probabatur, ut Polybius in nimiae documentum imperitiae Timaei (fr. 31.) triplicem attulerit divisionem: Valesii enim ratio, Timaeum, quod universum orbem terrarum terminis istis incluserit, notatum censentis, nihil omnino prodest, siquidem unus Eratosthenes tertiam quandam partem inventum iri augurabatur, reliquis in Europa et Asia acquiescentibus. Deinde re vera ut pronunciavit Eratosthenes Jones eam Asiae partem quam incoluerunt antiquitus Asiam appellasse, invicto argumento praeter alios grammaticos confirmat Schol. Apollonii Rh. II, 777. *Ὅτε δεῦρο δι' Ἀσίδος] τῆς Λυδίας λέγει. Ἀσία γὰρ τοπρότερον ἐκαλεῖτο ἡ Λυδία. Καὶ Ὅμηρος· Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. Καὶ ἡ κιθάρα Ἀσία* (l. *Ἀσιὰς*) *λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη. Ἀσιὰς* enim *κιθάρα* Euripidis adhuc et Aristophanis aetate Jonum cithara audiebat: vide interpp. Thesmophor. 120. Nec dubitandum videtur, quin Lesbonax *περὶ σχημάτων* illam *τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλλήνων* construendi rationem post *Κλαζομένιον* et *Κολοφώνιον σχῆμα* p. 178. allatam de Caricis Jonibus intellexerit. Ceterum vide ad fr. XVI. notata. Hinc satis diiudicari potest Brouk-

CXVI. Idem XI. p. 513 sq. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τοὺς Ἀραχωτοὺς καὶ Μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρακεῖσθαι πρὸς Ὦξον· καὶ Σάκας μὲν καὶ Σογδιανοὺς τοῖς ὅλοις ἐδάφεσιν ἀντικεῖσθαι τῇ Ἰνδικῇ, Βακτρίους δ' ἐπ' ὀλίγον· τὸ γὰρ πλέον τῷ Παροπαμισῷ παρακεῖσθαι· διείργειν δὲ Σάκας μὲν καὶ Σογδιανοὺς τὸν Ἰαξάρτην, Σογδιανοὺς δὲ καὶ Βακτριανοὺς τὸν Ὦξον, μεταξὺ δὲ Ὑρκανῶν καὶ Ἀρίων Ταπύρους οἰκεῖν. Κύκλῳ δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ τοὺς Ὑρκανούς, Ἀμαρδούς τε καὶ Ἀναριάκας, καὶ Καδουσίους, καὶ Ἀλβανούς, καὶ Κασπίους, καὶ Οὐιτίους, τάχα δὲ καὶ ἑτέρους μέχρι Σκυθῶν· ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τῶν Ὑρκανῶν Δέρβικας· τοὺς δὲ Καδουσίους συμψαύειν Μήδων καὶ Ματιανῶν ὑπὸ τὸν Παραχοάθραν. Τὰ δὲ διαστήματα οὕτω λέγει. Ἀπὸ μὲν τοῦ Κασπίου ἐπὶ τὸν Κύρον ὡς χι-

λίους ὀκτακοσίους ς'· ἔνθεν δ' ἐπὶ Κασπίας πύλας πεντακισχιλίους ἑξακοσίους· εἶτα εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις ἑξακισχιλίους τετρακοσίους· εἶτ' εἰς Βάκτραν τὴν πόλιν ἢ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα. Λέγει δὲ καὶ οὕτω τὰ διαστήματα. Ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Ἰνδοὺς εἰς μὲν Ἑκατόμπυλον χιλίους ἐνναkοσίους ἑξήκοντά φησιν· εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα· εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δραγγῇ χιλίους χ'· οἱ δὲ φ'· εἶτ' εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσιν· εἶτ' εἰς Ὀρτόσπανα ἐπὶ τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον δισχιλίους· εἶτ' εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰνδικῆς χιλίους· ὁμοῦ, μύριοι πεντακισχίλιοι φ'. Ἐπ' εὐθείας δὲ τῷ διαστήματι τούτῳ τὸ συνεχὲς δεῖ νοεῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης μῆκος τῆς Ἰνδικῆς. Ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς Σάκας. Unde ille numerus, singulis intervallis non congruus, provenerit, obscurum est; id quidem patet, huius stadia et superioris fragmenti exaequatione non indigere accurata.

Persis.

CXVII. Idem p. 727. Μῆκος μὲν οὖν ἐστι κατ' Ἐρατοσθένη τὸ ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὰς Κασπίους πύλας περὶ ὀκτακισχιλίων, κατά τινας προπιπτούσας ἄκρας. Λοιπὴ δ' ἐστὶν ἐπὶ Κασπίους πύλας οὐ πλείους ἢ τῶν δισχιλίων. Πλάτος δὲ τὸ ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ ἀπὸ Σούσων εἰς Περσαίπολιν στάδιοι τετρακισχίλιοι διακόσιοι, κἀντεῦθεν ἐπὶ τοὺς τῆς Καρμανίας ὅρους ἄλλοι χίλιοι ἑξακόσιοι.

Arabia.

De qua duo prolixiora ipsis Nostri nominibus fragmenta extant.

CXVIII. Idem XVI. p. 741. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ, φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ὑπὸ γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων, ἀναθλίβεσθαι

δὲ εἰς τοὺς περὶ Ῥινοκόλουρα καὶ τὸ Κάσιον ὄρος ποταμούς, καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας καὶ τὰ βάραθρα.

CXIX. Idem p. 765. Ὁ μὲν οὖν Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα· φησίν*)· εἶναι στενὸν οὕτως, ὥςτ' ἐξ Ἁρμόζοντος, τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρόν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου· περιέχει δὲ τήν τε Καρμάνιον παραλίαν, καὶ τὴν Περσῶν καὶ Σουσίων καὶ Βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσαν σταδίων· (p. 766.) περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς εἰρήκαμεν· τὸ δ' ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὸ στόμα πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι, καθάπερ καὶ Ἀνδροσθένη λέγειν φησὶ τὸν Θάσιον, τὸν καὶ Νεάρχῳ συμπλεύσαντα καθ' αὑτόν· ὥςτε δῆλον ἐκ τούτων εἶναι, διότι μικρὸν ἀπολείπεται τῷ μεγέθει τῆς κατὰ τὸν Εὔξεινον

---

*) Φασίν neque hic, neque infra, ubi Strabo ut alibi personam suam interponit, reponi debebat. Illud quidem redundat. Quin Athenaeus etiam versibus poetarum φησίν suum inseruit: v. VIII. p. 340. E. coll. IX. p. 373. C. XII. p. 512. C. Cf. observata ad Platon. Phaed. p. 78. A. Proxime accedit Alexis ap. Athenaeum XIII. p. 610. E. sollicitatus a Luzacio de digamia Socratis p. 127; conferendus eidem Athen. ibid. p. 564. A. Deinde Phrynich. ap. Hephaest. p. 67.

τό γε μὴν ξείνια δούσας λόγος, ὥςπερ λέγεται,
ὀλέσαι·

interpunctionem mutatum ivit Hermannus Elem. D. M. p. 473, locutione minus Graeca illata. Dubium amovebunt Eurip. Bacch. 770. Aesch. Suppl. 296, 97. Adde Eriphum ap. Athen. IV. p. 134. C.

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔχων·
οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

Idem Hermannus in Aristoph. Nub. 1138.

πᾶς γάρ τις ὄμνυσ', οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
θείς μοι πρυτανεῖ', ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν,

memor futurus Pluti 40 sqq., sese continuisset. Cf. fr. CXXII. init.

θαλάττης αὕτη ἡ θάλαττα· λέγειν δέ φασιν ἐκεῖνον περιπεπλευκότα στόλῳ τὸν κόλπον, ὅτι ἀπὸ Τερηδόνος, ἑξῆς ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν ἤπειρον, ὁ παράπλους ἔχει προκειμένην νῆσον Ἰκάριον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ, καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου. Παραπλεύσαντι δὲ τῆς Ἀραβίας εἰς δισχιλίους καὶ τετρακοσίους σταδίους ἐν βαθεῖ κόλπῳ κεῖται πόλις Γέῤῥα, Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος οἰκούντων τὴν ἁλμυρίδα, καὶ ἐχόντων ἁλίνας τὰς οἰκίας, ἅς, ἐπειδὴ λεπίδες τῶν ἁλῶν ἀφιστάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαυσιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταῤῥαίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσι· διέχει δὲ τῆς θαλάττης διακοσίους σταδίους ἡ πόλις· πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γεῤῥαῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωματικῶν. Ἀριστόβουλος δὲ τοὐναντίον φησί, τοὺς Γεῤῥαίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντῃ. Πλεύσαντι δ' ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Ἄραδός, εἰσιν, ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια· καί φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν. Διέχουσι δὲ αἱ νῆσοι αὗται Τερηδόνος μὲν δεχήμερον πλοῦν, τῆς δὲ κατὰ τὸ στόμα ἄκρας τῆς ἐν Μάκαις ἡμερήσιον. Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Ὀρθαγόρας (locus corruptus *)), νῆσον Τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις· ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα, ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τοῦτον δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον

*) Ut de reliquis ambigatur, hoc quidem certissimum est, reponendum esse, *Πυθαγόρας*. Athen. IV. p. 138 extr. *Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης.* Interpres, Strabonis immemor: quae *ad mare* gignitur. Praeterea cum insequens *φησίν* non possit utrique convenire, fortasse Straboni illud, uti supra, vindicandum est.

καταλιπεῖν. δηλῶσαι δὲ ταῦτά φησιν αὐτοῖς Μιθρωπάστην τὸν Ἀρηΐνου τοῦ Φρυγίας σατράπου, φυγόντα μὲν Δαρεῖον, διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ, συμμίξαντα δὲ αὐτοῖς καταχθεῖσιν εἰς Περσικὸν κόλπον, καὶ ζητοῦντα κάθοδον δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν. Καθ' ὅλην δὲ τὴν τῆς ἐρυθρᾶς παραλίαν κατὰ βυθοῦ φύεται δένδρα ὅμοια δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ, ταῖς μὲν ἀμπώτισιν ὅλα ὑπερφανῆ γιγνόμενα, ταῖς δὲ πλημμυρίσιν ἔσθ' ὅτε ὅλα καλυπτόμενα· καὶ ταῦτα τῆς ὑπερκειμένης γῆς ἀδένδρου οὔσης, ὥστε ἐπιγίγνεσθαι τὸ παράδοξον. (p. 767.) Περὶ μὲν οὖν τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης, ἣν ἑῴαν πλευρὰν ἔφαμεν εἶναι τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, τοιαῦτα εἴρηκεν Ἐρατοσθένης. Plinius VI, 28. Is (sinus) qui ab oriente est Persicus appellatur, XXV. M. passuum circuitu, ut Eratosthenes tradit.

CXX. Idem p. 767. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὰς Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις, ἃς ἑξῆς περὶ τῆς Ἀραβίας ἐκτίθεται. Φησὶ δὲ περὶ τῆς προσαρκτίου καὶ ἐρήμης, ἥτις ἐστὶ μεταξὺ τῆς τε εὐδαίμονος Ἀραβίας, καὶ τῆς Κοιλοσύρων καὶ Ἰουδαίων μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου· διότι ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, ἥτις (ἧ τις falsissimum est) ἐστὶ πρὸς τῷ Νείλῳ μυχὸς τοῦ Ἀραβίου κόλπου*), * * * πρὸς μὲν τὴν Ναβαταίαν πέτραν εἰς Βαβυλῶνα, πεντακισχίλιοι ἑξακόσιοι· πᾶσα μὲν πρὸς ἀνατολὰς θερινάς, διὰ δὲ τῶν παρακειμένων Ἀραβίων ἐθνῶν, Ναβαταίων τε καὶ Χαυλοταίων καὶ Ἀγραίων· ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ Εὐδαίμων ἐστίν, ἐπὶ μυρίους καὶ δισχιλίους ἐκκειμένη σταδίους πρὸς νότον, μέχρι τοῦ

*) Constructio est haec, διότι ἀπὸ Ἡρώων πόλεώς ἐστι, quia secundum Heroum extenditur oppidum: eadem quae ad fr. LVIII. Strabonis p. 79. annotata fuit breviloquentia; de ista quoque praepositionis significatione pauca dantur ad fr. XLIV. LVII. Sequentia verterim: quod oppidum prope Nilum recessus est sinus A., i. e. in recessu sinus prope Nilum exstructum.' Deinde lacuna erat indicanda, structura verborum deficiente; cuius vel illa πᾶσα μὲν admonere potuerant.

Ἀτλαντικοῦ πελάγους. Ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ μὲν πρῶτοι μετὰ τοὺς Σύρους καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ἄνθρωποι γεωργοί). Μετὰ δὲ τούτους δίαμμός ἐστι γῆ καὶ λυπρά, φοίνικας ἔχουσα ὀλίγους, καὶ ἄκανθαν καὶ μυρίκην καὶ ὀρυκτὰ ὕδατα, καθάπερ καὶ ἡ Γεδρωσία. Σκηνῖται δ' ἔχουσιν αὐτὴν Ἄραβες καμηλοβοσκοί.* (p. 768.) *Τὰ δ' ἔσχατα πρὸς νότον καὶ ἀνταίροντα τῇ Αἰθιοπίᾳ βρέχεται θερινοῖς ὄμβροις καὶ δὶς σπορεῖται* (?) *παραπλησίως τῇ Ἰνδικῇ· ποταμοὺς δ' ἔχει καταναλισκομένους εἰς πεδία καὶ λίμνας· εὐκαρπία δ' ἐστὶν ἥ τε ἄλλη, καὶ μελιτουργία δαψιλὴς βοσκημάτων τε ἀφθονία, πλὴν ἵππων καὶ ἡμιόνων καὶ ὑῶν· ὀρνεά τε παντοῖα πλὴν χηνῶν καὶ ἀλεκτορίδων. Κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν. Μειναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν ἐρυθρὰν μέρει· πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα· ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι· μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαριάβα· τρίτοι δὲ Καττάβανεῖς, καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου· τὸ δὲ βασίλειον αὐτῶν Τάμνα καλεῖται· πρὸς ἕω δὲ μάλιστα Χατραμωτῖται· πόλιν δ' ἔχουσι Καβάτανον. Μοναρχοῦνται δὲ πᾶσαι καὶ εἰσὶν εὐδαίμονες, κατεσκευασμέναι καλῶς ἱεροῖς τε καὶ βασιλείοις· αἵ τε οἰκίαι ταῖς Αἰγυπτίαις ἐοίκασι κατὰ τὴν τῶν ξύλων ἔνδεσιν· χώραν δ' ἐπέχουσιν οἱ τέτταρες νομοὶ μείζω τοῦ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα· διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν οὐ παῖς παρὰ πατρός, ἀλλ' ὃς ἂν πρῶτος γεννηθῇ τινι τῶν ἐπιφανῶν παῖς μετὰ τὴν κατάστασιν τοῦ βασιλέως· ἅμα γὰρ τῷ κατασταθῆναί τινα εἰς τὴν ἀρχήν, ἀναγράφονται τὰς ἐγκύους γυναῖκας τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐφιστᾶσι φύλακας, ἥτις**) ἂν πρώτη*

---

*) Per contemtum: v. Valckenar. animadv. in Novi F. loca p. 336. sq. Schaef. ad Longum p. 408.

**) Haec usque ad *τέκῃ* prioribus attribuuntur, quo significant: quaecunque princeps pepererit, sensu adversante; neque asyndeton concesseris. Legendum: *ἥτις δ' ἂν π. τέκῃ, νόμος*

τέκῃ, νόμος ἐστὶν ἀναληφθέντα τρέφεσθαι βασιλικῶς, ὡς διαδεξόμενον.

Φέρει δὲ λιβανωτὸν μὲν ἡ Κατταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμῶτις· καὶ ταῦτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα μεταβάλλονται τοῖς ἐμπόροις. Ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐξ Ἐλανῶν μὲν εἰς Μειναίαν ἐν ἑβδομήκοντα ἡμέραις. Ἔστι δ' ἡ Ἔλανα πόλις ἐν θατέρῳ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, τῷ κατὰ Γάζαν, τῷ Ἐλανίτῃ καλουμένῳ, καθάπερ εἰρήκαμεν. Γαβαῖοι δ' εἰς τὴν Χατραμῶτιν ἐν τετταράκοντα ἡμέραις ἀφικνοῦνται. Τοῦ δ' Ἀραβίου κόλπου τὸ μὲν παρὰ τὴν Ἀραβίαν πλευρὰν ἀρχομένοις ἀπὸ τοῦ Ἐλανιτοῦ μυχοῦ, καθάπερ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἀνέγραψαν καὶ Ἀναξικράτη *), μυρίων καὶ τετρακισχιλίων σταδίων ἐστίν· εἴρηται δὲ ἐπὶ πλέον. Τὸ δὲ κατὰ τὴν Τρωγλοδυτικήν, ὅπερ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ ἀποπλέουσιν ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, μέχρι μὲν Πτολεμαΐδος, καὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας, ἐννακισχίλιοι πρὸς μεσημβρίαν στάδιοι καὶ μικρὸν ἐπὶ τὴν ἕω· ἐντεῦθεν δὲ μέχρι τῶν στενῶν ὡς τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι πρὸς τὴν ἕω μᾶλλον. (p. 769.) Ποιεῖ δὲ ἄκρα τὰ στενὰ πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν, Δειρὴ καλουμένη, καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον αὐτῇ· κατοικοῦσι δὲ Ἰχθυοφάγοι. Καί φασιν ἐνταῦθα στήλην εἶναι Σεσώστριος τοῦ Αἰγυπτίου, μηνύουσαν ἱεροῖς γράμμασι τὴν διάβασιν αὐτοῦ. Φαίνεται γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα καὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν πρῶτος καταστρεψάμενος οὗτος· εἶτα διαβὰς εἰς τὴν Ἀραβίαν· κἀντεῦθεν τὴν Ἀσίαν ἐπελθὼν τὴν σύμπασαν· διὸ καὶ πολλαχοῦ Σεσώστριος χάρακες προσαγορεύονται, καὶ ἀφιδρύματά ἐστιν Αἰγυ-

---

ἐστὶν —, quae eleganti structurae conversione idem quod τὸν δὲ πρῶτον τεχθέντα significant.

*) Eratosthenem his Alexandrum et Anaxicratem indicasse non facile mihi persuaserim, cum praesertim iste Alexander plane nullus fuerit. Crediderim antecedentibus Ἀναξικράτη ex nominativo corruptum fuisse: ad Alexandri enim comites et Anaxicratem provocatur.

πτίων θεῶν ἱερῶν. Τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν στενὰ συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα· οὐ μὴν ταῦτά γε καλεῖται νυνὶ στενά· ἀλλὰ προςπλεύσασιν (l. προπλ.) ἀπωτέρω, καθὸ τὸ μὲν δίαρμά ἐστι τὸ μεταξὺ τῶν ἠπείρων διακοσίων που σταδίων· ἓξ δὲ νῆσοι συνεχεῖς ἀλλήλαις τὸ δίαρμα ἐκπληροῦσαι στενοὺς τελέως διάπλους ἀπολείπουσι, δι᾽ ὧν σχεδίαις τὰ φορτία κομίζουσι δεῦρο κἀκεῖσε, καὶ λέγουσι ταῦτα στενά. Μετὰ δὲ τὰς νήσους ὁ ἑξῆς πλοῦς ἐστιν ἐγκολπίζουσι παρὰ τὴν σμυρνοφόρον, ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἅμα καὶ τὴν ἕω μέχρι πρὸς τὴν τὸ κιννάμωμον φέρουσαν, ὅσον πεντακιςχιλίων σταδίων· πέραν δὲ ταύτης οὐδένα ἀφῖχθαί φασι μέχρι νῦν*). Πόλεις δ᾽ ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ μὴ πολλὰς εἶναι, κατὰ δὲ τὴν μεσόγαιαν πολλὰς οἰκουμένας καλῶς. Τὰ μὲν δὴ τοῦ Ἐρατοσθένους περὶ τῆς Ἀραβίας τοιαῦτα. Plinius VI, 33. Eratosthenes (totum sinum Arabiae taxavit) ab ostio XIII. mill. (sic) in quamque partem.

CXXI. Idem p. 778. f. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων (τῶν Σαβαίων) εἴρηκε (Ἀρτεμίδωρος)· τἄλλα δὲ τὰ μὲν παραπλησίως τῷ Ἐρατοσθένει λέγει, τὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἱστορικῶν παρατίθησι.

---

*) Hac observatione ita usus est Gossellinus T. II. p. 156 sq., ut Salomonis classem non ulterius processisse demonstraret; etenim circiter ann. 284. ante Chr. n. versionem veteris Testamenti compositam fuisse, proinde absurditatem referre, si quis Eratostheni ignoratam perhibeat. Equidem neque haec, neque alteram longe accuratiorem Valckenarii (ad Callim. Eleg. p. 18. Commentatione de Aristobulo extrema. ad Lucae 22, 52. ad Acta App. 3, 2.) demonstrationem admitto, qua eandem versionem Callimacho lectitatam persuadet. In tanta Judaeorum Alexandriae frequentia mirum foret, ni obscuram gentis cognitionem eruditi percepissent; libros eorum, copia vel suppetente, evolvisse vero abhorret. Qui Strabonis de Romanorum commentariis plerisque sententiam norit, aliam non requiret argumentationem. Multo etiam minus super Matteri (T. II. p. 30. sqq.) Theocritum Salomonis quem dicunt Cantici imitatorem opinati sententia subtilissima laborare convenit.

Aegyptus cum vicinia.

CXXII. Strabo XVII. initio. *Κἀνταῦθα δ' Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις προεκθετέον. Φησὶ δὴ τοῦ Ἀραβίου κόλπου πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐνναχισχιλίους* (sic) *σταδίους διέχειν τὸν Νεῖλον, παραπλήσιον ὄντα κατὰ τὸ στόμα τῷ γράμματι τῷ ν̄ κειμένῳ ἀνάπαλιν. Ῥυεὶς γάρ, φησί, ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὡς δισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, πάλιν ἀναστρέφει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν ὡς τρισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς κατὰ Μερόην τόποις καὶ εἰς τὴν Λιβύην πολὺς προσπεσὼν καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν ποιησάμενος, πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται, πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους σταδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην, παρεπιστρέφων μικρὸν πρὸς τὴν ἕω, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους τοὺς ἐπὶ τὸν ἐλάττω τὸν κατὰ Συήνην, πεντακισχιλίους δὲ ἄλλους καὶ τριακοσίους ἐπὶ τὴν θάλατταν. Ἐμβάλλουσι δ' εἰς αὐτὸν δύο ποταμοί, φερόμενοι μὲν ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ τῆς ἕω, περιλαμβάνοντες δὲ νῆσον εὐμεγέθη τὴν Μερόην· ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται, κατὰ τὸ πρὸς ἕω πλευρὸν ῥέων, ἅτερος δ' Ἀστάπους· οἱ δ' Ἀστοσάβαν καλοῦσι· τὸν δ' Ἀστάπουν ἄλλον εἶναι, ῥέοντα ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ μεσημβρίας, καὶ σχεδὸν τὸ κατ' εὐθεῖαν σῶμα τοῦ Νείλου τοῦτον ποιεῖν· τὴν δὲ πλήρωσιν αὐτοῦ τοὺς θερινοὺς ὄμβρους παρασκευάζειν. Ὑπὲρ δὲ τὰς συμβολὰς τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Νείλου σταδίοις ἑπτακοσίοις Μερόην εἶναι πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες, οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ Σεμβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες* (l. *ὡσανεὶ ἐπ.*)· *βασιλεύονται δὲ ὑπὸ γυναικός· ὑπακούουσι δὲ τῷ* (?) *ἐν Μερόῃ. Τὰ δὲ κατωτέρω ἑκατέρωθεν Μερόης, παρὰ μὲν τὸν Νεῖλον πρὸς τὴν ἐρυθράν, Μεγάβαροι καὶ Βλέμμυες, Αἰθιόπων ὑπακούοντες, Αἰγυπτίοις δ' ὅμοροι· περὶ θάλατ-*

ται δὲ Τρωγλοδύται· διεστᾶσι δὲ εἰς δέκα ἢ δώδεκα ἡμερῶν ὁδὸν οἱ κατὰ τὴν Μερόην Τρωγλοδύται τοῦ Νείλου. Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενοι μέχρι τῶν Ἀγγόνων, οὐχ ὑποταττόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διειλημμένοι. Τῆς δ' Αἰγύπτου τὸ παρὰ τὴν θάλατταν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος πρὸς τὸ Κανωπικὸν στάδιοι τρισχίλιοι τριακόσιοι. Ἐρατοσθένης μὲν οὖν οὕτως. Illa, ab Fello excerpta, novissimi peregrinatores confirmarunt.

CXXIII. Proclus ad Platonis Timaeum p. 37. Basil. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι αὔξεται ὁ Νεῖλος ἀπὸ ὄμβρων τινῶν εἰς αὐτὸν ἐκχεομένων, ὡς εἴρηται διαῤῥήδην ὑπὸ Ἐρατοσθένους. — Ἐρατοσθένης δὲ οὐκέτι φησὶν οὐδὲ ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νείλου, σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἑωρακότων, ὥστε κρατύνεσθαι τὴν Ἀριστοτέλους ἀπόδοσιν. Socordia perinsigni librum de Nilo Galeus somniavit.

CXXIV. Strabo XIV. p. 684. Οὐδὲ ὁ Ἐρατοσθένης εὖ· αἰτιώμενος γὰρ τοῦτον (Δαμάστην) οὐκ ἀπ' ἄρκτων φησὶν εἶναι τὴν Ἱεροκηπίαν (Cypri), ἀλλ' ἀπὸ νότου· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ νότου, ἀλλ' ἀπὸ δύσεως, εἴπερ ἐν τῇ δυσμικῇ πλευρᾷ κεῖται, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πάφος καὶ ὁ Ἀκάμας. — Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τοπαλαιὸν ὑλομανούντων τῶν πεδίων, ὥστε κατέχεσθαι δρυμοῖς, καὶ μὴ γεωργεῖσθαι, μικρὰ μὲν ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο τὰ μέταλλα, δενδροτομούντων πρὸς τὴν καῦσιν τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου· προσγενέσθαι δὲ καὶ τὴν ναυπηγίαν τῶν στόλων, ἤδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θαλάττης, καὶ μετὰ δυνάμεων· ὡς δ' οὐκ ἐξενίκων, ἐπιτρέψαι τοῖς βουλομένοις καὶ δυναμένοις ἐκκόπτειν, καὶ ἔχειν ἰδιόκτητον, καὶ ἀτελῆ τὴν διακαθαρθεῖσαν γῆν.

CXXV. Plinius II, 76. At in tota Troglodytice umbras bis quadraginta quinque diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit. Huc respiciens ait VI, 34. cum indubitata ratione umbrarum Eratosthenes mensuram terrae prodere inde coeperit.

Libya.

CXXVI. Strabo XVII, p. 825. de urbe Mauretaniae: *ὅπερ Τίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λίγγα δὲ Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκε, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον.* p. 829. *Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίξον τινά φησι πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λιγγός, Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκευασμένας παμπόλλας τινάς, ὧν οὐδὲν ἔστιν ἰδεῖν ἴχνος, ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι τοὺς ἀέρας πλατεῖς, φήσας ταῖς τε ὀρθριναῖς ὥραις καὶ ταῖς δειλιναῖς παχεῖς καὶ ἀχλυώδεις εἶναι τοὺς ἀέρας· πῶς γὰρ ἐν αὐχμώδεσι καὶ καυματηροῖς τόποις ταῦτ' εἶναι;* Eiusmodi reprehensiones mentione vix erant dignae.

CXXVII. Plinius V, 7. Clarissima (insula iuxta Africam) est Meninx — ab Eratosthene Lotophagitis appellata.

Appendicis loco quattuor Stephani Byz. testimonia memorentur, ab hoc uno ex Galaticorum opere decerpta. V. *Σπάρτακος. Πόλις Θρᾴκης. Ἐρατοσθένης ἐν Γαλατικῶν δευτέρῳ.* V. *Διανεῖς. Ἔθνος Γαλατικόν. Ἐρατοσθένης ἐν δ' Γαλατικῶν.* V. *Βοὸς Κεφαλαί. Τόπος, καθ' ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον, ὡς Ἐρατοσθένης ἑβδόμῃ Γαλατικῶν.* V. *Ὕδρηλα, τῆς Καρίας· Ἐρατοσθένης τριακοστῷ τρίτῳ Γαλατικῶν.* Numero haud exiguo nondum acquiescens suo Marte Galaticorum Eratostheni volumina quadraginta Fellus affinxit; minus liberalis tricesimum septimum memoravit G. I. Vossius de histor. Gr. p. 110. Hic quidem praeter solitum perspicax opus Callistheni Galeus attribuit;

non enim pervixisse Eratosthenem ad tempora Prusiae, cuius illic mentio fiat. Callisthenem unde arripuerit, dicere neglexit; neque altera ratio firmiter sese habet. Iam si Eratosthenis hunc librum posueris, singularem, non partem Geographicorum constituerit necesse est. Sed τριακοστῷ τρίτῳ depravationem prodit, cum ne minutissimo quidem historiarum scrutatori campus iste tot voluminibus conficiendis facile suffecerit. At quemcunque sumpseris numerum, non potuit Eratosthenes tale quid argumenti litteris consecrare; id enim ab illius ingenio ut quod maxime abhorret, ut libris sat copiosis res frigidissimas, neque curiositati hominis prae ceteris subacti politique idoneas, pro more inprimis recentiorum grammaticorum, quales recensent v. c. Scholia Apollonii, obscure protraheret. Hoc inter exploratissima concessum velim. Accedit alia non minus luculenta ratio. Geographica Eratosthenes tribus tantum libris complexus est, quorum ultimum, neque eum totum, regionibus per capita describendis addixerat; iam vero si modo singula quaeque pertractaturus erat, quid in caussa fuit, quod modicum volumen, non aliquot acervos librorum talibus compleverit? Quod si quae olim nimia fortasse ut videri poterat brevitate expediverat, denuo apta amplitudine percensere vellet, nihil adeo ad Galatarum potius imperium eum adigebat. Ac ne Stephani quidem auctoritas, in eiusmodi quaestione exigua, nimium moretur. Proinde alterius Eratosthenis Galatica fuisse opinor.

II. MERCURIUS, POEMA.

Eratosthenem eundem poetam pauci, sed locupletes testes concelebrant. Strabo XVII. p. 838. *Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα εἴ τις ἄλλος διαφέρων.* Lucianus Macrob. 27. *Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην.* In parte quadam gloriae etiam Timarchi commentarios ponere licet: Athenaeus XI. p. 501. E. *Τίμαρχος δ' ἐν τετάρτῳ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ.* Longini quidem anceps laudatio haud scio an ex rhetorica magis necessitate antithesium, quam veritate prolata sit; neque enim in fabula Erigonae satis constanter enarrata, ita ut gratis varietatis vicibus poeticoque praevalens ingenio teneret legentem, licuit Eratostheni plura novare; neque si vellet, ratione potuisset, ut in poemate unice circa caussas astrorum exponendas versato.

Mercurio quale fuerit argumentum, neminem potest latere, qui quidem vel Hyginiana fragmenta diligentius inter sese comparaverit. Primum enim traditur Schol. Il. ω. 24. (fr. III.) de Mercurii natalibus atque artificiis singularia quaedam Eratosthenes exposuisse, quod nisi in isto carmine fieri non poterat. Sequitur Chalcidii testimonium (fr. XIII.), enarrantis Mercu-

rium coelum ascendisse, ibique sonos astrorum musicos fuisse admiratum: cui similia praestat Achilles Tatius p. 136. (ibid.) Deinde apud Hyginum duobus in locis, et altero quidem non obscure ex ipso Eratosthene, litteris proditum invenimus, Mercurium tum stellas constituisse, tum eundem menses primum instituisse et pervidisse siderum cursus. V. fr. XXXIX. (coll. XLVIII.) LI. Adde Cataster. c. 43. Theon. ad Arati Phaenom. 235. *κεῖσθαι τὸ γράμμα ἀπὸ Διός, τὸ πρῶτον* [*στοιχεῖον*] *τοῦ ὀνόματος Ἑρμοῦ θέντος* (sic leg.): sive Catasterism. c. 20. *εὔσημον δὲ τὸ γράμμα ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι ἀπὸ Διός, τὸ πρῶτον στοιχεῖον Ἑρμοῦ θέντος, ὅς τὸν διάκοσμον τῶν ἄστρων ἐποιήσατο.* Pro vulgatis *πρῶτον ἑρμηνευθέντος* Koppiers. p. 116. scripsit, *τοῦ πρώτου στοιχείου τὸ ὄνομα Ἑρμοῦ θέντος*, quae nec Graeca, nec sensum fundunt. Iam cum omnia, quae sive diserte ex illo poemate afferuntur, sive minus distincte Eratostheni tributa illinc derivata sese esse clamant, plena sint eorum quae ad zonas coelique constitutionem pertinent: protinus apparet quam clarissime, ex opinione modo memorata, quae non omnino ab Eratosthene conficta esse videtur, sed potius secundum Aegyptiorum disciplinam numinis Thot inventa Graecanico deo magnam imposuit partem, Mercurium post ingeniose doloseque patrata, indolis multiplicis indicia, eum repraesentatum fuisse, qui omnia quae et ad universam terrae conformationem ac temperaturam, et ad coeli varia signa valerent, rite componeret atque ordinaret, unde materiam non ex longinquo arreptam suppetiisse conficitur, stellarum caussas atque imagines, prout ingenium ferret ac fingendi libido, enumerandi. Proinde Noster in eo ab Arato fuit diversus, quod quae illius argumenti a mathematica expositione penderent, ea demonstrabat accuratius; tum historiis stellarum deinceps enarrandis, ut poetam in ieiuno genere dicendi versantem decuit.

Igitur singulare est, iis ipsis quibus modo usi sumus testimoniis, imprimis de sphaera et zonis disserentibus, Heynio Opusc. Academ. I. p. 97. coniecturam fuisse subnatam, Mercurium de disciplinarum originibus egisse: quam opinionem permulta refellunt, nullus utique locus adiuvat. Iosephus quidem Scaliger, quantum eius verba indicant, diversum a Mercurio opus continuisse crediderat. Ita enim ad Manilium ille p. 103. Astrorum varias quidam dixere figuras, signaque diffuso passim labentia coelo in proprium cuiusque genus causasque tulere] Eratosthenem tangit, qui *τὰ φαινόμενα* cum caussis et fabulis conscripsit. Citantur inde versus passim a Theone, *Hygino*, Scholiaste Germanici, aliis. Iterumque p. 104. Nam casus et caussas omnes assignavit omnibus astris Eratosthenes in Astronomicis mythologumenis. *Ἑρμῆς* enim, quod vix satis mirere, nihil aliud quam hymnus *εἰς Ἑρμῆν* visus est fuisse: vide eum in Varronem p. 55. ed. Dordr. Sed ut omnis dubitatio removeatur, age aliud argumentum proferamus hucusque neglectum, quod rem de qua disceptatur clarissima in luce collocaturum sit. Scholia enim Il. χ'. 29. (fr. XIX.) postquam omnem Erigonae historiam proposuerunt, hisce narrationem suam concludunt: *Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις.* Non facile reppereris, quod magis ab ipsa re abludere videatur. Iam vero hoc iure meritissimo nobis sumemus, illam Catalogorum Eratosthenis mentionem, verba sistentem, quae ut nihil corruptionis referant, ita longissime supra Scholiastarum inventa assurgant, non posse non quam maxime pro genuinis haberi. Nunc autem audias Valckenarium: „Nomina auctorum et librorum per compendia scribuntur in veteribus membranis. Scripseratne „Grammaticus olim: *Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταστ.* pro *Καταστερισμοῖς*, quod degeneraverit „in *Καταλόγοις*? Hoc prima facie videatur alicui veri-

„si-

„simile. — — Historia Icarii et Erigones denarratur a „multis; Hyginus ubi de Arctophylace agit P. A. II, 4. „et Schol. Germanici de cane tractans p. 130. inter ce„tera, illa etiam tradiderunt, pleraque eadem, quae in „Scholio ad Homerum Graecis verbis leguntur: e Scho„liasta Germanici nonnulla sunt transscripta in fabulam „130. earum, quae Poetici Astronomici Parenti solent „attribui. — Hyginiana autem et Scholiastae Germ. verba, „quae cum nostris his conspirant, suspicor e binis Era„tosthenis operibus derivata, tum ex integriore Cataste„rismorum opere, tum ex poematio (sive interprete „Graeco poematis) Eratosthenis, quo honestavit — — „pietate ad sidera ductam Erigonen, ut loquitur Mani„lius II, 31, qui in tanto veterum dissensu stellatam „virginem passim Erigones nomine celebravit. Potuit „autem vetus Homeri Scholiasta utriusque operis hoc in „loco mentionem fecisse; recentior Catasterismos com„memorare solos." Reliqua dantur ad fr. XXVI. Quae ut acute sunt excogitata, ita vellem firmioribus momentorum ponderibus inniterentur. Non enim aliud quid quam hoc ipsum *ἐν τοῖς ἑ. Καταλόγοις* scripsit Scholiorum auctor, quia ex alio Catasterismorum opere, ut quod Eratosthenes nunquam composuerit, nihil ab eodem adduci poterat. Deinde, si quidem Catasterismos ediderat, hos et Erigonen tanquam de eadem re tractantes vix potuit coniunctim Scholiasta afferre, quando Erigone singulare opusculum constituisse non videtur. Res enim ita sese habet. Universum illud de zonis et astris similibusque carmen inscriptum erat tum *Ἑρμῆς*, tum *Κατάλογοι*, tum *Καταμερισμός*, quod vocabulum lexicis ignotum Achilles Tatius p. 146. (fr. LIII.) usurpavit: quae ipsa titulorum varietas si minus illa *Κατάλογοι* et *Καταμερισμός*, certe alterutrum pro recentiorum additamento ponendum esse indicat. Nimis enim perspicue, quam ut ab auctore admitti potuerit, argu-

mentum operis significant, id est, enumerationem inprimis stellarum, caussis earum adiunctis, in universumque rationis, qua mundus temperetur, expositionem. Jam Erigonae historia cum Mercurio inseri debuerit, non adeo apparet, quatenus seorsum vulgari potuerit: nam retractatam ab Eratosthene fuisse, negare videtur et Longini vox ποιημάτιον, neque ipsum suadet argumentum, tam contractum circumscriptumque poetae praestans campum, ut evagandi reique proferendae nullum omnino locum suppeditaret. At Erigona aliquoties Mercurii mentione omissa laudatur. Verum nihil credere vetat, eodem hoc modo factum fuisse, quo Olympionicae ab opere chronologico, Platonicus a commentationibus de mathematicis disciplinis, liber de divitiis ac paupertate a scripto de bonis malisque, seiunguntur, quia brevius opusculum tanti videbatur, ut tanquam singularis liber afferri posset. Sed tamen alia difficultas restat, metrorum dico diversitatem, cum per Erigonae historiam alternantibus pentametris, per Mercurium hexametris unice usus Noster reperiatur. De fragmentis quidem Stephani (XXVII.) et Macrobii (XXV.) satis liquet; at vero illi Analectorum versus medio in rerum cursu, quantum quidem ex Hygino carmen perspicitur, locum invenire non potuerunt, sed vel initio vel fine nexu orationis utcunque accommodato collocabantur. Omnino ne hoc quidem mirum acciderit, quod metrorum varietatem ipse poeta aliis praeeuntibus deditaque opera aspernatus non fuerit, praesertim in fabula metro elegiaco perquam accommodata.

Sed redeundum ad *Catasterismos*, quos ab Eratosthene unquam perscriptos esse negavi. Atqui hodieque illi supersunt*). Verumtamen quantopere ab inge-

---

*) Primum a Fello post Aratum Oxon. 1672. editi, deinde Graece et Latine in posteriore Opusculorum Mythologicorum Galei editione, aliquanto emendatiores; post observationes

nio herois celebratissimi distent, non multis ne hodie quidem in mentem venire videtur, ut cui operi tantum nomen sine mora praeponant. Est etiam veterum hanc in rem auctoritas allata, Suidae nimirum, egregii profecto auctoris: inter Eratosthenica enim recenset ἀστρονομίαν ἢ καταστηριγμούς, quorum ἀστρονομία ex liberalitate Lexicographi provenisse videtur. Eudocia p. 172. Suidam compilans καταστηρισμούς veri proxime legit; namque certatim emendatum est καταστερισμούς; eadem enim vocum καταστερισμός et καταστηριγμός confusio apud eundem Suidam v. Ἵππαρχος admissa fuit *). Quid igitur? Num dubitabimus eundem hic quoque errorem Suidae tribuere, quo de Clemente et Proclo et Timaeo aliisque ineptissima profudit peccata? Acutius vidit is, qui prae ceteris spuria rimaretur ac detegeret, Valckenarius, loco supra memorato (Opusc. II. p. 69.): „Libellus sub Eratosthenis „nomine vulgatus mea opinione compendium continet „operis, quod magni nominis Criticus olim emiserat, a „recentiori Grammatico contracti. Hoc ut satis exploratum pono **)." Idem innuit Hemsterhusius ad Lucian. p. 311. et apud Koppiers. p. 98. scribens: in Eratosthene quem vocant: idem vero ille plane contrarium ad eundem protulit Lucianum p. 434, Catasterism. c. 40. paene versum ab Hygino opinatus. At compendium hoc opusculum non esse putandum, duobus et invictis opinor argumentis apparebit. Primum enim

ad eos conscripsit, non adeo magnae utilitatis, P. H. Koppiersius, Observatis philologicis, Lugd. B. 1771. pag. 92 — 130: ad paucos tantum plurimorum qui in mendo cubant locos ille intendit. Multo minora praestitit Schaubachius sua editione, Gotting. 1795, qui nihil nisi quaedam collegit. Praefixa est Heynii epistola, qui nonnulla ut potuit enodare studeret. Emendationes nondum collectas variis ex commentariis criticorum petere licet.

*) Ex Proclo sustulit Valckenarius ad Callim. p. 44.

**) Hanc illum sententiam semper tenuisse, Callimachea demonstrant p. 35.

epitomatoris est, sive multa genuini operis plane omisit, sive auctorem in brevitatem quam artissimam coegit, nihil quod ab illius mente usquequaque sit alienum inferre. Quod si tum omnia, quae apud Eratosthenem de infantia et inventis Mercurii zonisque extabant, iste grammaticus neglexit, tum quae antiquitus in libro antiquo non extitisse elucet, aliunde infersit, qualia praebent Catasterismi capp. 2. 8. 24. 41. 43: non potest aliud inde colligi, quam Mercurium a scriptore Catasterismorum excerptum non fuisse. His aliisque rationibus Heynii epist. ad Schaubach. p. XIII. suspicio concidit, Eratosthenem breviora scholia Arato subiecisse, unde Catasterismorum non exiguam partem originem traxisse; interpretem Arateorum ponit etiam Matter. T. I. p. 88. Istud quidem ne Valckenarium quidem fugisse reor, sed posuisse opus maioris aliquanto molis, pedestri sermone elaboratum. Videas sane aliquoties, viros sua in arte principes, quid aliis iisdemque magnis hominibus tribui debeat, ignorare, vel oblivisci probe perspectum. Illud supra omnem dubitationis aleam constat, poemate suo praeter alia de signis coelestibus commentatum fuisse Eratosthenem: unde ex ingenio et antiquorum et ipsius Eratosthenis aliud de eodem loco idque pedestre opus eum non emisisse necessario concluditur. Meditati enim, quae inferius complecterentur argumentum, olim in versibus illigabant veteres, ut quibus de talibus esset persuasum, quae poesis amoenitate leporibusque gratiam apud legentes inirent, vulgari orationis modulo proposita tanquam nugacia et anilia inventa sordere; quapropter Aratus de astris eorumque originibus, Nicander de re rustica et medicamentis, alii de aliis versus condiderunt. Jam quis est, quin plane indignum ab Eratosthene commissum fuisse facinus pertendat, si insignis ille ab interpretatione poetarum, ab historiae, geographiae, chronologiae peritia,

porro a geometria, idemque suo ipsius usu a poetica non abhorrens, si tantus igitur vir puerilia de stellis commenta pedestri oratione propinare auderet? Quid quod ne poema quidem eadem quam Aratus ingressus fuerat via incedebat, siquidem non ex sua persona, sed per narrationem fabulis involutam coelestem exposuerat doctrinam.

Sed multo minus est quod de Catasterismis laboremus, quos non solum orationis vitia, sed etiam ratio qua ab Hygino discrepant satis superque redarguit. Quae in utramque partem repperi momenta, deinceps subiungam, omnia quae ab hac quaestione disparata sunt omissurus. Multa enim adhuc per Catasterismos, maxime in numeris, de quibus saepissime Fellus erravit, emendanda restant.

I. SERMONIS VITIA PER CATASTERISMOS OBVIA.

Primum violatam modorum consecutionem, si ex Romana grammatica dicere licet, sequentia sistunt loca. Coniunctivus sane apud optimum quemque etiam solutae orationis auctorem post praeterita reperitur, non tamen sine certa quadam ratione, quam Catasterismorum exemplis nusquam observatam videas. Sunt igitur haec: c. 4. *ἦν δὲ ὑπὸ Ἥρας δι' αὐτὸ τοῦτο τεταγμένος, ὅπως ἀνταγωνίζηται.* 19. *ᾧ καὶ ἐν Διὸς ἔδωκε τὴν χρυσῆν δοράν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ.* 24. *προσέμενε τὰς ἀνατολάς, ἵνα ἴδῃ τὸν Ἥλιον πρῶτον.* ib. *τὸν Δία ἠξίωσαν καταστερίζειν, ὅπως ἐκείνου τε καὶ αὐτῶν μνημόσυνον τεθῇ.* 25. *ἐπεὶ αὐτὴ πᾶσαν ἤμειβε μορφήν, ἵνα τὴν παρθενίαν φυλάξῃ.* 30. *οὗτός ἐστιν ὁ Γανυμήδην ἀνακομίσας —, ὅπως ἔχῃ οἰνοχόον.* 35. *ἵν' ᾖ τοῖς ἐπιγινομένοις παράδειγμα σαφέστερον* post *εἰσήχθη* transponenda sunt. 41. *ἔμεινεν, ἕως πεπανθῶσιν.*

C. 1. *ἐπὶ τόκον ἤδη οὖσαν.* Hyginus: prope diem partus. *ἐπὶ τόκου* enim quod Hemsterhusio ad Thom. M. p. 357. probatur suspecta est locutio; *ἐπίτοκον* autem adulterinum verbum, apud Aristotelem sane obvium, cuius quidem scripta interpolatrices multorum manus sensisse neminem latet: cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 333.

δόξαι εἰςελθεῖν, dicitur intrasse, ex more recentiorum, ut c. 11. 15. 27. 32. 40. Plura praebet Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 447. 652. a Koppiersio p. 95. laudatus, a quo eiusdem p. 123. afferri non debuerat.

διὰ τὴν συγγένειαν, propter concubitum; sic Theo ad Arati Phaen. 27. Hyginus: memor peccati.

C. 2. *ἠγρίωσεν αὐτήν· ὕστερον δὲ σεσωσμένη λέγεται δόξαν αὐτῇ περιθεῖναι.* Illud *σεσωσμένη* non quadrare monstrat contrarium *ἠγρίωσεν*, quod ipsum inaudita vi fruitur, in feram immutavit. Nimirum novitia adhibuerat significatione verbum *σωφρονίζειν*: legendum enim *σεσωφρονισμένη*, cum ad sanam mentem rediisset.

Sequitur *ἐν οὐρανοῖς*, ab Heynio notatum, ut in Novo Testamento. Sed in extremo cap. quod legitur, *περὶ οὗ δοκεῖ ὁ πόλος στρέφεσθαι,* non imputandum videtur auctori, sed recte correctum est *περὶ ὄν.* Debetur eadem correctio Schol. Vrat. Pind. Ol. VI, 116.

C. 8. init. *περὶ τούτου λέγεται, ὅτι Ἀρκάς ἐστιν,* prava Graecitate, de Latinis videlicet expressa Hygini II, 4. de hoc fertur, ut sit Arcas nomine. Ita c. 22. *περὶ τούτου ἱστορεῖται, ὅτι ἐν τοῖς ἄστροις ἐτέθη.* 33. *περὶ τούτου ἱστορεῖται, ὅτι ἐστὶν —.* Restituendum c. 43. *Περὶ τῶν πέντε ἀστέρων τῶν καλουμένων πλανητῶν — λέγονται δὲ θεῶν εἶναι πέντε.* Leg. *λέγεται, θεῶν ε. π.*

C. 9. extr. Novitium vocabulum lexicisque igno-

tum extat: *τῆς πέζης (τοῦ χιτῶνος)*, de fimbria, ut videtur, tunicae. Vide quos laudant interpretes Hesychii.

C. 13. *διὰ τὸ εἰς μέσην τὴν ῥάχιν γοργόνος πρόσωπον ἔχειν,* locutione Scholiastis digna. Heynius hanc stribliginem ex antiquo poeta profectam putavit. Ibidem *διπλασίονος* significat superiorem, satis insolenter.

C. 20. vitiose *ὑπὲρ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ κριοῦ κείμενον.*

C. 21. soloece *ἐπ' αὐτῷ ἔλθωμεν.* Sic Schol. Soph. Electrae 729. *ὅτι ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δρόμου παρελεύσεται.*

C. 22. *τηρήσας δ' ὁ Περσεὺς ἐν τῇ παραδόσει,* quod *τὴν παράδοσιν* dicendum fuerat.

C. 23. insolens locutio *ἐπισημαίνουσαι καθ' ὥραν.* Obscurius dictum est c. 24. *ἐπισημασίαν δ' ἔχει ἐπὶ τῷ ἐκείνου συμπτώματι, δυομένη καθ' ὥραν.*

C. 24. mendosa forma *Ἀτλαντηρίδων*, non recte a Munckero ad Hygin. II, 7. et Valckenario ad Schol. Eurip. Phoen. 162. emendata; neque ex Theone ad Arat. 269. *ἑπτάχορδος δὲ ἦν αὕτη, ἣν Ἑρμῆς κατ' ἀριθμὸν τῶν πλανητῶν ἐκ χελώνης κατασκευάσας Ἀπόλλωνι δέδωκεν·* sine temeritatis nota potest tentatio depromi. Videtur analogia similium ex deteriore Graecitate nominum, qualia enumerat Hemsterhusius ad Plutum p. 482, defensionem praestare *). Deinde *δέδωκεν*, ut Theo, quem ad modum recentiores scriptores perfecto abuti solent. Iterum c. 25. *καὶ τότε κύκνος γέγονεν.*

C. 25. *ἱπτάμενος.* c. 30. *ἵπταται* et *καθιπτάμενος,* quo scriptorum ante Chr. n. nullius reperitur usus: v. Lobeck. ad Phrynich. p. 325 sq., qui quem laudat Aristotelem, hac culpa immunis censeri debebat. Sequitur eiusdem coloris vox *ὀρθοπύγιον*, repetita c. 41,

---

*) His si quid roboris inest, *πλυντηρίδες* apud Photium v. *λουτρίδες* contra Blomfieldii ad Callim. lavacr. Pallad. 1. coniecturam tuendum erit. Conferendum etiam Alexidis vocabulum *Ἀττικηρῶς* apud Athen. IV. p. 137. D.

imperitis ab Ammonio p. 25. tributa, a Moeride p. 282. Atticis abiudicata, quorum interpretes nonnisi ex Glossariis nomen vitio creatum firmare potuerunt.

C. 26. *τέτευχεν ἀθανασίαν,* non optima illud terminatione prolatum. Machonis quidem usus ap. Athen. XIII. p. 581. E. auctoritatem non conciliabit, neglectus ille a Lobeckio p. 359.

C. 30. *δι᾽ ὅσον* plane falsa est formula, pro eo quod saepius *παρ᾽ ὅσον* dicitur.

ὡς ἂν καθιπτάμενος, fere ut volans, ex usu probatorum auctorum non videtur dictum; Scholiastae quidem, praesertim Aristophanis, aliique sermonis minus elegantis, veluti Strabo, saepius usurpant. Geograph. fr. CXXII. iure, opinor, exemtum est.

C. 31. *τοῦ Ποσειδῶνος βουλομένου τὴν Ἀμφιτρίτην λαβεῖν εἰς γυναῖκα*, quae formula deterioris est notae. Videndi v. c. Scholiastae, hoc soloecismo valde delectati, Eurip. Hecub. 125. 815. Paraphr. Orest. 19. Schol. ib. 1648. Argum. II. Phoen. Paraphr. Phoen. 7. Schol. ib. 77. Aeschyli S. Th. ά. 141. Aristoph. Pluti 846. Jen. Soph. Electr. 115. Pind. Nem. II, 9. VI, 7. (coll. 94. explicandum) ne exempla Novi Testamenti commemorem. Fallitur Kannius, Cononis c. 17. *ἄγεται εἰς γυναῖκα* vexatus, sine exemplis eam locutionem esse prolocutus. Cf. Schaeferum ad Arist. Plut. p. 490, qui vulgatam lectionem postponere non debebat. Similiter Schol. Clark. Platonis ap. Dobraeum addendis ad Ran. 1337. p. 125. *καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν σκώπτει.* Proinde nihil erat caussae, cur apud Athenaeum Hegesandri locutio (X. p. 444. D.) *εἰς κυβευτὴν σκώπτων τὸν Ῥοδοφῶντα* tentaretur; cum praesertim apud eundem XIII. p. 580. E. Machonis extent verba, *ἔσκωπτεν εἰς Ἄδωνιν.* Est hicce perversus praepositionis *εἰς* abusus ex similibus fortasse structuris profectus, quas recenset Hemsterhusius ad Plutum p. 361, ubi alia dedit Do-

braeus. Idem etiam apud sublestiores Romanorum scriptores reperias. Hyginus fab. 10. Hanc habuit in coniugem.

C. 32. *δοθῆναι δὲ αὐτῷ δωρεάν, ὥςτε ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι,* ubi *ὥςτε* a Graecitate abhorret.

ὁμοίως καὶ τὸ θηρίον, τοῦ εἶναι μνημόσυνον καὶ τῆς πράξεως, quomodo genitivus tantum a recentioribus impense adhibetur *), ut praeter locos per N. T. frequentes haec demonstrant: Pausan. VII, 15. p. 559. *τοῦ πρόσω σφᾶς κωλύειν.* Athen. XII. p. 518. C. Chares ibid. p. 538. D. Pollux I, 86. Schol. Eurip. Hecub. 38. 40. 185. f. 835. f. 1134. Arist. Equit. 351. 785. Vesp. 149. Pind. Gott. Pyth. V, 101. Nem. I, 64. VII, 16. unde fluxit interpolatio Nub. 1109.

C. 34. *ἐστὶν εὑρεθείς* duplex vitium exhibet, significat enim id quod *εὑρίσκεται,* quale mendum etiam Athenaeo IV. p. 166. D. perperam editores affinxerunt; et *εὑρεθείς* recentioris est loquelae, versantis notione, prout apud Schol. Aristoph. Nub. 827. extat, minus intellectum Berglero ad Thesmoph. 779. *εὖ τεθείς,* quod Valckenarius ad Herodot. III, 108. emendavit, nescio quid sibi velit.

C. 35. *ἐν τοῖς ἄστροις εἰςήχθη,* vitiose dictum. Deinde *πρώτη γὰρ αὕτη* (leg. *παρ' αὐτῆς*) *ναῦς κατε-*

*) Singula ex singulis exempla attulit Heindorf. ad Plat. Gorg. 30, quae iudicium de Catasterismorum loco non labefactabunt. Post alia protulerunt Matthiae Gramm. p. 777. et Schaef. ad Bos. p. 708. Equidem quid sit quod tot exemplis nihil movear, paucis declarabo. Sophoclis igitur Philocteta omitti debuerat; Thucydides qui id locutionis genus frequentat ad eiusmodi quaestionem nihil valet; Plato, quem plurima peculiarius extulisse constat, neque saepe adhibuit, neque testis singularis prorsus rem deciderit; ceteri sunt numerus. Sed Alexidis ap. Athen. X. p. 431. E., optimi sane auctoris, versus istam non omnino efflagitant interpretationem. Ratio utique Graeci sermonis cum in simili sententia *τό* infinitivo praeponi iuberet, nonnisi pruritu rerum novarum usus minus legitimus obtrudi poterat. In Catasterismorum autem loco reliqui auctoris soloecismi ambigui nihil relinquunt.

σκευάσθη, καὶ ἀρχῆθεν ἐτεκτονήθη, quorum *ἀρχῆθεν* pedestris auctor sermonis qui quidem in numero sit nullus exhibuit: v. Phrynichum p. 93. notamque Lobeckii; *ἐτεκτονήθη* autem nisi depravatum fuit ex *ἐτεκτάνθη*, singularis est forma minusque propria. Tum *τὸ πέλαγος διεῖλεν*, aequora secuit, nova loquendi ratione.

C. 41. *μνημόνευμα δώσας* pristina lectio ab editoribus male obscurata est; hic enim barbarismus apud deterrimum quemque scriptorem reperitur, demonstrante Phrynichi interprete p. 721. Compendia enim librarii quod ab editore Oxoniensi haud raro intellecta non sint, ut c. 2. *τοῦ κέρκου*. 3. *διεστώς*. ib. *Ἑσπέρας*, mutandum in *Ἑσπερίδας*. 16. *τοῦ δίφρου*. 24. *ἐφ' ἑκάστης πήχεος*. 29. *Ἀπόλλωνα*, ista hanc in rem observatione arbitror neminem abusurum: valet enim ad dictiones manifestae corruptelae suspectas.

Quod praecessit *διψᾶν* nequit antiquissimi scriptoris testimonio comprobari; Aristotelem enim eo usum fuisse valde incertum est.

C. 42. *πρῶτος — ἐκείνου* adeo a vulgari structura abhorret, ut etiam Valckenarius ad Schol. Eurip. Phoen. 468. in verbis *πρῶτος λέγειν Ἐτεοκλέους* offenderit eaque mendosa declararit. In Scholiasta quidem non moverim. Argumentum II. Phoen. *ὁ τοίνυν Ἐτεοκλῆς, ἅτε πρῶτος ὢν τοῦ ἀδελφοῦ*. Schol. Hecub. 454. *πρῶτον τῆς δάφνης*. Sallustius philosophus c. 8. *ἔστι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ πρώτη*. Alia suppeditat Musgravius ad Soph. Antigonam extremam, alienis tamen admixtis. Sed apud Menandrum Athenaei T. I. p. 277. non debebat ab editore *τῆς σκιᾶς* cum insequenti *πρῶτον* coniungi; eundemque errorem idem repetiit XI. p. 505. C. v. supra p. 55. Idem de voce *ὕστατος* dictum existimes, ita ut apud vetustum auctorem non liceat v. c. *ὕστατος ἁλώσιος* coniungere.

II. COLLATIO HYGINI ET CATASTERISMORUM.

C. 1. initio capitis Hyginus hanc sententiam Graecis omissam habet: a qua non mediocriter esse dilectam propter utriusque consimilem naturam. Apud eundem omnia multo pleniora et absolutiora leguntur. Denuo in Graecis omissa sunt quae ex Amphide comoediarum scriptore (fortasse Antiphane) apud Hyginum de caussis transmutatae Callistus reperiuntur, haud facile ab eo qui ista in Graecis desideraturus fuisset suppleta. Praeterea dimidium caput Hyginianum, non sine quadam eruditionis dote conscriptum, totum Catasterismis deest; contra enumerationem stellarum ut alibi tertio ille libro reservavit. Quae cum apud Theonem addatur, paucis corruptis, qui historiam fere iisdem verbis tradidit, nihil prius subit, quam Catasterismorum auctorem aliquanto familiarius etiam Arati Scholiasten in consilium adhibuisse.

C. 2. longe minutiora Hygino praebet. Insuper auctoris turpe erratum circa narrationem Arati de Helice recte detexit Koppiers. p. 99 sq., violenta emendatione, sed frustra adiuncta.

C. 3. Hyginus in fine aliquanto auctior est.

C. 4. mutato ordine Hygin. II, 6, qui quae eruditissima profert, ea omnia auctor Catasterismorum omisit.

C. 5. ap. Hygin. II, 5. Qua ratione personatus ille Eratosthenes in opere suo concinnando versatus fuerit, satis manifesto perspicere licet exemplo: quae enim Hyginus habet inter primam et secundam sententiam: sed, ut ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit; qua delectata non recusavit conditionem stupri: haec igitur omnia omisit. Etiam reliqua fere ab Hygino exposita desiderantur.

C. 6. Hygin. II, 14. longe plura praebet.

C. 7. ab Hygino II, 26. fere in omnibus discrepat.

C. 8. Ne hic quidem magnopere inter utrumque convenit; at vero de Erigone et Icario, quorum fabulam Eratosthenem exposuisse certissimum est, Catasterismi nihil omnino edocent.

C. 9. fere eadem, sed aliquanto fusius Hygin. II, 25, memorans illic omissum: Nonnulli etiam Erigonen Icarii filiam dixerunt, de qua supra diximus. Inter illos fuit etiam Eratosthenes.

C. 10. exordium tantum habet cum Hygino II, 22. commune.

C. 11. paucis immutatis apud Hyginum II, 23. fere legitur, qui alias caussas proposuit.

C. 12. maximam partem etiam apud Hyginum II, 24. extat, sed in fine capitis memoratae stellae, *πλόκαμοι* (*πλόκαμος* Valck. ad Callim. Eleg. p. 35.) *Βερενίκης Εὐεργέτιδος*, accurate ab Hygino enarrantur; neque illic allatus Eratosthenes quidquam nos simile Catasterismis docet.

C. 13. Initium eodem quo ab Hygino II, 13. modo expositum est, sed in pluribus hic discedit, ita tamen, ut Catasterismis testes Hygini eorumque historiae, ut in epitome, praetermittantur.

C. 14. Initium tantummodo etiam apud Hygin. II, 21. extat, reliqua eiusdem et docta et indocta compendii ille fecit.

C. 15. et Hygin. II, 9. leviter a se discrepant.

C. 16. historiam expositam Hygin. II, 10. praeteriit, additis, quae illic omittuntur: quae propter impietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videtur. Ea omissio epitomatorem arguit. Ceterum hominis ineruditi est *Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής*. Sic c. 22. *ὡς Αἰσχύλος ἐν Φόρκυσί φησιν ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής*; Hyginiana: Aeschylus tragoediarum scriptor in Phorcisi, iustam excusationem habent. Tandem c. 36. *Σοφοκλῆς ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής*.

C. 17. et Hygin. II, 11. satis consentiunt.

C. 18. insignem commisit errorem, equum qui in Helicone Hippocrenen excitarit a Pegaso distinguens: *Ἄρατος μὲν οὖν φησι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἑλικῶνος εἶναι ποιήσαντα κρήνην τῇ ὁπλῇ, ἀφ' οὗ καλεῖσθαι Ἵππου κρήνην. ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἶναί φασι.* Unde quae Hyginus praebet: Hunc Aratus et alii complures Pegasum Neptuni et Medusae Gorgonis filium dixerunt, qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens saxum fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus: ea in suspicionem cadunt interpretamenti immissi, quod genuinam voculam eiecerit *equum.* Reliqua fere eadem sunt, sed Hyginus Bellerophontis historiam prolixe tradidit.

C. 19. et initium Hygini II, 20. easdem fabulas narrant, sed Catasterismis deest et ab Hygino additum: Paeona procreasse complures, nonnulli Hedonum dixerunt; et vulgata de ariete fama, ab eodem Hygino etiam fab. 3. enarrata, ac denuo sequentibus fusius exposita. Nec magis cetera capitis Hyginiani Catasterismi tangunt.

C. 20. Hygin. II, 19. quaedam sibi propria habet, alia opusculi auctor, non sane magni momenti, quae quid propositum adiuvent, vix dixeris: *καὶ τὸν Νεῖλον τοιαύτην περιοχὴν ποιήσασθαι τῆς χώρας, ἅμα τὴν ἀσφάλειαν αὐτῇ πορίζομενον, εἰς δὲ τὸν σπόρον εὐμαρεστέραν ποιούμενον, καὶ εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἀνακομιδὴν εὐχέρειαν ὠρῶν ἐσόμενον* (MS. *ὁρῶν ἐσόμενα.* l. *παρεχόμενον.*).

C. 21. ne vox quidem cum Hygin. II, 30. congruit, neque ab eodem allata Eratosthenis sententia in Catasterismis reperitur.

C. 22. Eadem Hygin. II, 12. auctior hac sententia: Itaque Graeci *Ἄϊδος* galeam dixerunt esse, non ut quidam inscientissime interpretantur, eum Orci galea usum: quae res nemini docto potest probari. Eam pro more expilator omisit.

C. 23. Singulare caput de Pleiadibus apud Hyginum non extat, sed quae ad auctorem nostrum comparari possint, suppeditat eiusdem II, 21. Quod in fine memoratur, *θέσιν δ' ἔχουσιν εὖ μάλα κείμεναι, κατὰ τὸν Ἵππαρχον τριγωνοειδοῦς σχήματος*, videtur ille ex Scholiis in Aratum, quae in ista de Pleiadibus quaestione Hipparchum memorant, desumpsisse.

C. 24. Multa Catasterismis consentanea cap. 7. initium narrat, reliqua diverse, quae Hyginianis interpolatione non esse admixta, ipse his verbis confirmat: sed ut ad propositum revertamur. Epitomatoris autem artificia hic quoque agnoveris, ut qui mediae orationi intertexta omiserit: Sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; quod profecto non de trivio arreptum fuit. Idem c. 6. attigerat: Alii Orphea a Thraciis mulieribus interfici, quod viderit Liberi patris initia. Cf. fr. XXXI.

C. 25. si quis diligenter cum Hygino II, 8. contulerit, non poterit, opinor, quin Catasterismorum partem maiorem hodie epitomen Hyginiani operis versari confiteatur.

C. 26. prolixe de Ganymede proposita paucis tangit Hygin. II, 29, alias non vulgares subdens explicationes.

C. 27. cum initio Hygini II, 28 satis convenit, exceptis quae sequuntur: — ut ait Eratosthenes, hac etiam de caussa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus, id est, maritimis conchyliis, hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. At ita Catasterismis vulgatur: *διὰ δὲ τὸν κόχλον ἐν τῇ θαλάσσῃ παράσημον ἔχει ἰχθύος*: quorum ista *ἐν τῇ θαλάσσῃ* sensu carent. Verum in promptu erat ex Theone ad Arat. 282. (*εὗρε δὲ οὗτος τὸν κόχλακα ἐν τῇ θαλάσσῃ· διὸ παράσημον οὐρὰν ἰχθύος ἔχει.*) sua epitomatori vindicare: *διὰ δὲ τὸ τὸν κόχλον εὑρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ,*

παράσημον οὐρὰν ἔχει i.; Hygino enim congruere nequit. Deinde teste utitur *Ἐπιμενίδῃ τῷ τὰ Κρητικὰ ἱστοροῦντι*, quem cui debeat, incertum est; neque enim in Hygini f. 177. de hoc cogitari potest. Epimenidem ut videtur historicum affert Schol. Eurip. Phoen. 13. Alteram Hygini historiam omnino praeteriit.

C. 28. et Hygin. II, 27. de eodem fabulam narrant, hic quidem sana ratione, ille ineptissima a nomine proprio sumpta derivatione. Ceterum verba *ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἔμεινεν* et seqq. non levem corruptelam subierunt.

C. 29. tradit, quae Hygin. II, extremo cap. 15, eaque breviora, omisso etiam teste Catasterismis prolato, Heraclide Pontico de iustitia. Fuse superioribus Promethei fabulam illic non memoratam enarrat.

C. 30. quas duas affert explicationes reperiuntur apud Hyginum II, 16. qui tertiam iis inseruit, illisque novam in fine subtexuit: quo suspicio de auctore Catasterismorum denuo confirmatur.

C. 31. fere eadem initio cap. 17. apud Hyginum ex parte auctiora: nam quae illic ita traduntur, *καὶ ἄγει πρὸς Ποσειδῶνα*, Hyginus accuratius: eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administravit. Reliqua apud eundem Catasterismis desunt, quibus solis advocatur testis *Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Ἐλεγείαις ταῖς περὶ ἔρωτος*.

C. 32. Summam eorum quae hic traduntur praebet Hygin. II, 34, qui non longe ab initio historiam de Orionis origine propinat, licet ex etymologia vehementer absurda enatam, adeo tamen insignem et vetustatis nota eminentem, ut non debuerit homini de ipsis hisce fabulis agenti praetermitti. Pleraque eadem omnino ratione qua Catasterismi docet Theo ad Arat. 322.

C. 33. fere eadem Hygin. II, 35, sed omissa et Icarii mentione, ut quem antea epitomator neglexisset,

et Istri auctoritate. Puerile, sed vetustissimum istud dictum, οὐκ ἔχων οὖν ὅ, τι ποιήσαι ὁ Ζεύς, Eratosthenem allaturum fuisse nemo sibi persuaserit.

C. 34. Fere omnia ab Hygino II, 33. tradita, hic desiderantur.

C. 35. Valde turbatum est Hygini II, 37, sed uterque eadem docet.

C. 36. eadem Hygin. II, 31.

C. 37. breviora Hygin. II, 32.

C. 38. aliquanto plenius idem II, 41.

C. 39. *Νέκταρ* inscriptum, quod ex *Θυτήριον* corruptum. Brevius Hygin. II, 39. sed addens: eam autem Cyclopas fecisse; quae cum pluribus aliis ex ipso Eratosthene ad Arati Phaen. 402. a Theone excitantur, nostris Catasterismis ad epitomen redacta.

C. 40. eadem nonnullaque alia Hygin. II, 38. illa enim: *ἐφ' ὃν Ἡρακλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν δι' ἔρωτα, ᾧ καὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἄντρῳ, τιμῶν τὸν Πᾶνα*, apertam produnt corruptelam. Unde autem *Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ* provenerit, latet.

C. 41. initium habet Hygin. II, 40, quo demonstratur, post *τοῦτον τὸν χρόνον διψᾶν* sententiam excidisse reddentem Hyginiana: ut quamdiu fici coquerentur, corvus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. Reliquis inter eaque genuina Eratosthenis explicatione Catasterismi carent.

C. 42. brevius Hygin. II, 36.

C. 43. Hygin. II, 42. ita haec exposuit, ut de compilatione Catasterismorum inde instituta nemo possit sanus dubitare, cum praesertim Eratosthenis sententiae Graecis omissae a Polyhistore Romano afferantur.

C. 44. vulgata circuli lactei explicatio traditur, rariore omissa, ab Hygino II, 43. servata, quae ab Eratosthene litteris fuit unice prodita. Koppiers. p. 130. pleniorem olim hunc libellum extitisse inde collegit.

His

His inter se collatis ac perpensis liquere opinor, non Hyginum Catasterismos expilasse, sed illi hos originem debere. Quod ut etiam magis perspicuum fiat, de Hygino quaedam disceptabo, ab isto argumento non aliena.

Hyginum virum eruditissimum ac multiplici doctrina censum Augusti aetate vixisse testimoniis veterum constat. Sub huius igitur nomine extant duo opera, alterum Fabulae, posterius Poeticon Astronomicon inscriptum; quorum Fabulas ut hodie leguntur minime ex illius manu prodiisse et turbatus historiarum ordo, et prava, aliquoties barbara Latinitas coarguunt. Sic enim sese habent. Inscriptionem si respicias, nihil nisi tragoediarum argumenta exspectaveris: eaque fere ubique suppeditat prior operis pars. Notavit iam ante Reinesium Var. Lectt. p. 372. Columna ad Ennium, post eumque non pauci, adversus quam sententiam aliam, minus tamen pensiculate, opinionem Lessingius proposuit Dramaturg. I. p. 313. Omnem enim de ea re dubitationem ipse eximit auctor. Inscripta est f. 4. Ino Euripidis, f. 8. Eadem (Antiopa) Euripidis, quam scribit Ennius; quam quae praecedit, Pacuvianae Antiopae sistit argumentum: v. Valcken. Diatriba p. 60. coll. 68. Quod in clariore luce ponunt argumenta cum titulis comparata, quae sine dubio ex dramatis collecta fuerunt. Veluti f. 46. Erechtheus. 64. Andromeda. 91. Alexander Paris (unde apparet, et fragmentum a Scriverio p. 161. inter incerta relatum ad Ennianum Alexandrum pertinere, et in fabula Ennii non de Troiano excidio, quod Columna vult, sed de ludis actum, quibus Paris pro filio Priami agnitus est). 101. Telephus. 105. Palamedes. 106. Hectoris lytra. 107. Armorum iudicium. 108. Equus Troianus. 109. Iliona. 110. Polyxena. 111. Hecuba. 116. Nauplius. 121. Chryses. 137. Merope, a qua fabula posterior pars avulsa est, quae repetitur in f. 184, quod latuit interpretes, non Lessingium

l. l. p. 316. nec Musgravium ad Euripidis Cresphontem. Inscriptiones vero genuinas esse res ipsa declarat contra Schefferum ad f. 121. 151. 152. 249. qui opinione praeiudicata abreptus passim ineptire non veretur, ut ad f. 159, ubi refutavit Munckerus: neque enim talia librariorum aut grammaticorum ingenio debentur, a quibus si profecta forent, maiorem utique impletura erant numerum. Sequitur altera fabularum sectio, quae varia ex variis notatu non indigna collecta exponit. Huc pertinent fab. 76. 90. 97. 112. — 115. 124. 127. 128. 151. 155 — 163. 173. 182. 183. 221 — 257. 269 — 277. Hic quoque auctores sive laudantur, sive hic illic aliunde eruuntur. Veluti f. 154. Phaethon Hesiodi. 186. Melanippen Desmontis filiam, sive Aeoli, ut alii poetae dicunt. 181. item alii auctores tradunt. 200. Cum Chione, sive ut alii poetae dicunt —. 273. alii poetae dicunt Theseum. tandem f. 127. epitomen Telegoniae ab Eugammone, cyclico poeta, conscriptae exhibet. Ista nonnullis suspicionem videntur iniecisse, quam hodieque sunt qui teneant, a Stavereno Miscell. Observ. X. p. 101. Munckero vindicatam, cuius in notis non repperi, immo ab Nic. Heinsio propositam et a Munckero in dissertatione de aetate Hygini ad finem evulgatam: Hygini fabulas maximam partem ex Graecorum et Latinorum Scholiastis compilatas fuisse. At vetustissimorum qui apud Romanos floruerunt Tragicorum quis tandem Scholiastas memoravit? aut Cyclum Graecorum epicum a grammaticis illustratum? Neque huic sententiae Graecarum vocum explanationes congruunt, saepe apud Hyginum obviae, immeritoque ab interpretibus in glossematum relatae locum, ut a Munckero ad f. 126. init.; de quibus si cui quid statuendum sit minus liqueat, verum perspicue f. 7. intelliget. Accedunt vocabula quaedam a vulgari sermone abhorrentia, ita ut ex Scholiastis tamen non provene-

rint. Verbi caussa Alcumena f. 224. 240. Achivi f. 96. 101 — 103. 108. 114. alibi. Asclepius f. 161. 202. 224. 251. 274. mantis f. 190. Aepolorum P. A. II, 1. 4. Sed quae his longe superior est, ipsius auctoritas Hygini eam opinionem refutat. Ita enim ille P. A. II, 12. de quo in primo libro Genealogiarum scripsimus; quae in Fabulis non comparent. Iterum II, 34. Sed quae post mortem eius (Orionis) Diana fecerit, in eius historiis dicemus. Demonstrant haec sine controversia, ab Hygino amplum et copiosum librum, multa opuscula complexum, memoriae traditum, posteaque immensum quantum turbatum fuisse. Alterum autem Poeticon Astronomicon opus multo minus ex Scholiastarum rivulis derivabatur, sed praesertim ex Eratosthenis Mercurio, tum ex aliis poetis historicisve. Maiorem certe illius partem Eratostheni deberi, ipso titulo apte mihi colligere videor; cum enim Hyginus ex Arateis non multa decerpserit, plura ex pedestris orationis scriptoribus, poetae autem hoc in astronomico genere versati, qui quidem nomen sibi compararint, pauci extiterint, restat, ut Eratostheni quem saepius allegat longe plurima operis asseramus: quo etiam magis sententia de loco quem Nostri carmen tractaret supra proposita corroboratur. Quae cum ita sint, quaeritur, quid de Fabulis, quales hodie circumferuntur, statuendum videatur. In qua re mirari licet editorum Hygini industriam. Novissimus enim interpres, Staverenus, qui Hyginum acervo indoctarum, inutilium, non raro ineptarum notationum cumulavit, nihil omnino, ut qui paratis copiis uti non calleret, protulit; Schefferus autem et Munckerus qui praeclaram scriptori suo navavit operam longis dissertationibus de aetate Hygini nihil effecerunt. Tanto enimvero non opus erat molimine. Fundamenta Fabularum quae dicuntur Hyginum Augusti aequalem iecisse manifestum est, paullatim vehe-

mentissime permixtas et interpolatas fuisse vel indiligens earum usus admonet: reperiuntur quippe etiam gravissima peccata et non mediocres discrepantiae, quae ab erudito historiarum conditore admissa esse nemo sibi persuaserit. Ut fab. 125. Aeolus Hippotae filius cum Hellenis nato confunditur; f. 67. Menoeceum Jocastae patrem pro Creontis filio cognomine adhibet, quod Munckerus frustra defendit allata fab. 242, ubi idem vitium occurrit; f. 240. Clytaemnestram Thestii filiam, Ledae f. 77. et 78. dici reperimus. cf. f. 177. et P. A. III, 1. Quae omnia succedente demum tempore perfecta fuisse patet: proinde quaestio de Hyginiani libri aetate supervacanea est. Immo aliud indagandum erat, unde tanta dissipatio et corruptela eum invasisset. Hic igitur commode evenit, ut notitia Dosithei, qui Genealogiam Hygini Graecam in epitomen contraxit, ad nos pervenerit, primum a Stavereno Miscell. Observ. IX. 3. p. 413. sqq. proposita, mox diligentius explicita a Valckenario iisdem Observ. X. 1. p. 108. sqq. (sive Opusc. I. p. 237. sqq.) Jam Grammaticus de opere suo ita disserit: — *Ὑγίνου Γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα, ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ;* igitur Genealogiae complures sese historias convertisse. Hisce duo lucramur observata, haud sane nihili pendenda. Primum libros Hygini genealogicos, quod deinde perniciem iis intulit, ab omnibus adeo fuisse tritos, ut Graecus iste magistellus donaverit sermone vernaculo, quod non exercitationis caussa, sed in ipsum puerorum usum factum apparet. Recte Valckenarius p. 111. (240.) omnia Graece et Latine a magistro conscripta pueris erudiendis inserviisse ex variis indiciis certo constat. Graecene Hyginus scripserit, an vero Grammaticus Hygini verba Latina in Graecam linguam versa descripserit, quae Stavereni dubitatio est p. 414, illi relinquatur.

Jam elucere opinor, quale Hyginianum opus antiquitus extiterit. Quippe dicatum erat studiis puerilibus, quae in legendis poetarum et Graecorum et Latinorum monumentis versarentur, omniaque fabulis illic tractatis admovenda suppeditabat: quae tum ad Fabulas, tum ad Astronomica spectare putabis. Hanc vel similem sententiam innuisse videtur idem Valckenarius Diatriba p. 138, Hygini fab. 174. olim Attii dramati Latino pro argumento praefixam fuisse suspicatus. Illis supra commemoratis si insignem praeterea locum addidero, nullum opinor dubium residebit. Ait enim Planciades Fulgentius, *sequioris* aetatis auctor, Mytholog. I, 26. Perseum ferunt Medusae Gorgonis interfectorem. Gorgonas voluere dici tres, quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quarum quia fabulam Lucanus et Livius scripserunt poetae, grammaticorum scholaribus rudimentis admodum celeberrimi [Horat. Epp. II, 1, 69 sq. 2, 4.], hanc fabulam referre superfluum duximus. Alterum hinc eruendum pertinet ad scriptorem Catasterismorum, qui eadem, qua Dositheus ac sine dubio alii, ratione ex Poeticon Astronomicon libris, quae sibi conducibilia deprehenderet, maxime Eratosthenis sententias captans, nonnullis praeterea subsidiis usus, Graecis transtulit verbis. Audias modo N. Heinsium apud Munckerum extrema dissertatione de Hygini aetate: In pervetustis Puteanae bibliothecae membranis cum Arateorum Germanici Scholiasten invenissem Latinum, ab edito satis diversum, iamque describendum hunc mihi proposuissem, deprehendi paullo post esse Graecum Arati Scholiasten Latinitate donatum. Quod si clarius aliquanto atque ad nostram magis faciens disputationem quaeras exemplum, extat adhuc plane gemellum, Graecam dico versionem ab Ioh. Lydo de Nigidii Figuli, Hygino fere aequalis, Tonitruali confectam. Ceterum an Scholiasta qui dicitur Germanici, qui accuratis-

sime eadem enarrat, Catasterismos exscripserit, versane vice hi illinc derivati sint, nec quidquam iuvat decernere, neque expeditum fuerit. Sed haec hactenus.

I. Initio carminis Aratea adumbrans haec, si quidem composuit, Eratosthenes collocasse videtur. Epitome Athenaei I. p. 2. B.

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον·

ὥς πού φησιν ὁ Κυρηναῖος ποιητής. Contra Bentleium Schweighaeuserus Callimacho abiudicat, ut quem Athenaeus nusquam Cyrenaei poetae significatione declararit. Ut in re dubia fragmentum omittere nolui. Ceterum memorabilis est locutio *διδόασιν ἄμεινον*, ut alibi *εὖ δίδωμι.* Quae ipsa observatio ad alteram eandemque lubricam deducit quaestionem, quonam sensu istud *ἀπομαξαμένοισι* dici potuerit. Athenaeo sane convenienter eius interpres, hic quidem Casaubono perspicacior, effingendi repetendive sensu adhibitum pronunciat: qualis significatio quantopere Eratosthenis et ingenio, et poemati adversetur, vel sine prolixa intelligitur demonstratione. Quod si utrique auctori satisfaciendum est, interpretatio a Callimachi fragm. CXXI. (Valcken. Eleg. p. 276.)

Εἰ δ' ἄγε νῦν ἐλέγοισιν ἐνιψήσασθε λιπώσας

χεῖρας, ἵν' εὔφημοι πουλὺ μένωσιν ἔτος·

adsciscenda videtur. Gratias ibi Callimacho invocatas, cuius Elegis manus fragrantes abstergerent, variis collatis auctoribus ostensum dedit Hemsterhusius. Eundem sibi quoque usum Deas praestituras arbitror Eratosthenem allocutum illa cum pluribus incitamentis protulisse, unde haec fere sententia existit: qui enim ter poetarum monumentis manus admoverint, iis potiore cum iure et copia gloriam vates conciliabunt. *Θεοῖς* ut rescribi queat,

ita existimare utique licet, sequenti versiculo Deorum fuisse mentionem propositam; *θεοί* quidem etiam simpliciter de Charitibus inferri potuisse, secus ac Lobeckio olim visum fuit, evicerit vel Eumenidum Aeschyli exordium rite explicitum. Proinde Athenaeus cum Eratostheneis uteretur, ad commendationem, non repetitionem operis sui sermonum spectaverat.

II. Schol. min. Il. *ε'.* 422. *Ἐπεί τοι καὶ Ἀλαλκομενηΐς Ἀθήνη παρὰ τοῖς εὖ λογιζομένοις ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, ἡ ἀπαλάλκουσα τῷ ἰδίῳ μένει τοὺς ἐναντίους. Οὐ γὰρ πειθόμεθα τοῖς νεωτέροις, οἵ φασιν ἀπὸ Ἀλαλκομενοῦ τινος εἰρῆσθαι. Οὐδ' ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν Ὁμήρου, εἰπόντος, Ἑρμείας ἀκάκητα· ὁ ἀπὸ Ἀκακήτου ὄρους· ἀλλὰ ὁ μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός.* Lege ex Etymol. M. p. 547, 2., ubi haec omnia prostant, *ὅτι ἀπὸ Ἀκακησίου ὄρους.* Zonaras c. 108. *Ἀκακήσιον, ὄνομα ὄρους.* Emendandus itidem Scholiasta Venet. Il. *π'.* 181. *οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄντρου Ἀκακησίου προσαγορεύεται καθ' Ὅμηρον ὁ Ἑρμῆς Ἀκακήσιος* (l. *ἀκάκητα*, non cum Blomfield. ad Callim. h. Dianae 143. *ἀκακήτης.*), *ἀλλὰ διὰ τὸ κακοῦ μηδενὸς παραίτιος γενέσθαι.* Apertum vero, hoc non de reprehensione, in quam Homerus incurrerit, sed explicatione Eratosthenis in medium afferri: ut enim *Ἀλαλκομενηΐς* non, quae hostes arcet, sed Alalcomeneïa expositum fuerat, ita Homericum ille *Ἑρμείας ἀκάκητα* non de Mercurio omnium bonorum auctore (id enim analogiae repugnaret, ipsa forma cum superiore originem ab aliquo indicante, quidquid contra molitur Etymol. M. p. 44, 13.), sed iure meritissimo ab Acacesio monte oriundum interpretabatur. Ac Pausanias VIII, 3. huic sententiae recte sese adiunxit: *καὶ Ἄκακός τε καὶ Θωκὸς* *) *Θωκίαν πόλιν, ὁ δὲ Ἀκακήσιον ἔκτισεν. Ἀπὸ τούτου*

*) Legerim: — *Θωκός, ὁ μὲν Θ. π.*; de qua locutione Koenius ad Gregor. p. 83.

δὲ τοῦ Ἀκάκου (leg. Ἀκακησίου) καὶ Ὅμηρος λόγῳ τῶν Ἀρκάδων ἐς Ἑρμῆν ἐποίησεν ἐπίκλησιν. Ut fere Μενδίτης et Μενδήσιος idem valent. Idem ibidem c. 36 extr. magis etiam perspicuam reddit sententiam, Ἑρμοῦ Ἀκακησίου ἄγαλμα usque ad sua perdurasse tempora commemorans. Apollodorus quoque sententiam sine dubio Eratosthenis recepit fragm. p. 421. Nihil hic de Homerica geographiae inscitia, quae Casauboni fuit sententia ad Strab. VII. p. 299, pronuntiari poterat, sed in Mercurio poeta illis Deum insigniverat. Mirabilium errorum congeriem reperire licet apud Ancherum Diatriba p. 20.

III. Schol. Il. ω. 24. *Ζεὺς ἐρασθεὶς Μαίας τῆς Ἀτλαντίδος, λαθὼν Ἥραν ἐμίγη, ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας Ἑρμῆν ἐγέννησεν, ὅστις ἐπιθυμίαν ἔσχε τοῦ κλέπτειν, ὅτι καὶ Ζεὺς κλέψας τὴν Ἥραν ἐμίγη Μαίᾳ. καὶ δήποτε τῆς μητρὸς μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς λουομένης, λαθὼν ὑφείλετο τὰς ἐσθῆτας. γυμναὶ δὲ ἐκεῖναι ἠπόρουν τί πράξωσι* (Venet. *διαπράξωνται*). *γέλωτα δὲ διὰ τοῦτο Ἑρμῆς κινήσας* (V. *ποιήσας*, quod vulgarius.), *ἀπέδωκεν αὐταῖς τὰς ἐσθῆτας. ἔκλεψε δὲ καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βοῦς. ἡ ἱστορία παρὰ Ἐρατοσθένει.* Argumentum illud, quia etiam Iuppiter Iunonem latens cum Maia rem habuerit, Mercurium esse furatum, sine dubio Eratosthenis est: similia praebet Callimachus h. Dian. 22 — 24. Ceterum haec supplenda sunt ex Achille Tatio p. 146 (fr. LIII.), qui non solum Herculem, sed etiam Mercurium duce Eratosthene Iunonis lac suxisse refert. Sententia enim Achillis sine controversia non haec est, Iunoni raptim Mercurium a se removenti lacteum circulum acceptam tulisse originem, sed potius deum eodem quo Hercules modo uberibus deae admotum fuisse. Unde Hyginus (fr. LII.) erroris redarguitur; neque enim caussam orbis lactei utrique, sive eodem sive diversis locis, auctor

attribuere potuit. Haec tum alios latuerant, tum Heynium in Epistola Catasterismis praefixa versus finem.

IV. Schol. Apollonii Rh. III, 802. *Φωριαμόν, νῦν τὴν κοιτίδα λέγει. Σαφὲς δ' ἐκ τοῦ· ἐνθεμένη ἐπὶ γούνασιν. Ἐτυμολογεῖ δὲ τὴν φωριαμὸν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ·*

Φωριαμὸν δ' ὀνόμηναν, ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην·
ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισιν.

Alii grammaticorum derivationem Eratosthenis minime improbandam alteri longe deteriori, ab Herodiano prolatae, postposuerunt: vide Zonaram c. 1834. et qui ibi afferuntur *). Cum autem nisi de Mercurio furato ista dici nequirent, *ὀνόμηνεν* legendum est; *μίν* ad quem spectet, demonstratore eget. Sed ea mentio praedae clandestinae sequentium fragmentorum apud Athenaeum componendorum admonet non obscure.

V. Athenaeus V. p. 198. D. (*καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ δ' καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς· οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς.*) *Ἐκδεκτέον οὖν καὶ τὸ παρὰ Ἐρατοσθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρῆσθαι·*

βαθὺς διαφύεται αὐλών·

ἀντὶ τοῦ βαθεῖα. καθάπερ λέγεται θῆλυς ἐέρση. Potuit in historia de bobus sublectis occurrere.

VI. Plutarchus de sollertia animal. p. 981. D. *Τὸ δὲ τοῦ ἀνθίου θαυμασιώτατόν ἐστιν, ὃν Ὅμηρος ἱερὸν ἰχθὺν εἴρηκεν. καίτοι μέγαν τινὲς οἴονται τὸν ἱερόν, καθάπερ ὀστοῦν ἱερὸν τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν, μεγάλην νόσον οὖσαν, ἱερὰν καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ κοινῶς τὸν ἄφετον καὶ ἱερωμένον. Ἐρατοσθένης δὲ τὸν χρυσόφρυν ἔοικεν, Εὔδρομίην χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν, ἱερὸν*

*) Vix crederes haec Scaligeri in Varron. p. 55. Arca, quod arcebantur fures ab ea clausa] Sic Graeci *φωριαμόν, παρὰ τὸ τοὺς φῶρας εἴργειν;* cum tamen Eratosthenes ex commentitia fabula deducat originem, etc.

ἰχθύν, λέγειν. Tetigit Hesychius v. *ἱερὸς ἰχθύς.* Sed omnia longe copiosius exponit Athenaeus, accuratius etiam hoc fragmentum memorans VII. p. 284. D. *καὶ Ἐρατοσθένης δ' ἐν Ἑρμῇ φησιν·*

Ἄγρης μοῖραν ἔλειπον, ἔτι ζώοντας ἰούλους,
ἠὲ γενειῆτιν τρίγλην, ἢ περκάδα κίχλην,
ἢ δρομίην χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.

Monet Schweighaeuserus post Dalecampium, *ἰούλους* hic pisciculos esse, alias *ἰουλίδες* vocatos, ut apud Athen. VII. p. 304. extr. Uti etiam Synesium vocabulo epist. 4. p. 165. C. *ἐντεῦθεν ἰχθυώμενοι ζῶμεν ἡμέραν ἑβδόμην ἤδη, οἱ μὲν ἐντελεῖς μυραίνας τε καὶ καράβους εὐμεγέθεις αἱροῦντες, τὰ δὲ μειράκια ἐπὶ κωβίοις εὐτυχεῖ* (cf. Eurip. Ion. 1426. Ruhnk. ad Tim. p. 121. extr. sq. contra Petavii suspicionem.) *καὶ ἰούλοις.* Deinde pro vulgatis *ἠέ γε νειήτην* praeeunte Dalecampii versione (barbatum mullum) ex MSS. idem reposuit *ἠὲ γενειῆτιν,* coll. Sophrone ap. Athen. VIII. p. 324. F. *τρίγλαν γενεᾶτιν.* Sed alia hic observanda restant. Primum ex Plutarcheis *ἐπ'* pro *ἐν* reponendum erat. Jam particulae disiunctivae si genuinae forent, corruptelam verbo *ἔλειπον* inhaerentem arguerent; at quemcunque confinxeris sensum, non amplius singularia si distincte ab illo *ἰούλους* seiungas quadrabunt. Utrobique igitur reponendum videtur: *ἠδὲ γ. τ., καὶ π. κ., καὶ δρ.,* mendis sive confusione vocabulorum *ἢ* et *καί* frequentissima, sive interpolatione propter numerum pluralem instituta, enatis. Atqui pluralis significatus saepenumero nominibus alterius terminationis exprimitur, quocirca voces utroque numero appositae sermoni exornando passim inserviunt. Ipse Eratosthenes pedestri oratione Geograph. fr. CXX. Strabonis p. 767. *φοίνικας ἔχουσα ὀλίγους, καὶ ἄκανθαν καὶ μυρίκην καὶ ὀρυκτὰ ὕδατα.* Aristoph. Av. 159. sq. *τὰ λευκὰ σήσαμα, καὶ μύρτα, καὶ μήκωνα καὶ σισύμβρια.* Callimach. h. Cer. 28.

ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ἄγναι, ἐν δὲ καλὰ γλυκύμαλα: cui simillimum epigramma laudatum a Schaefero ad Bos. Ell. p. 559. κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Quae Antiphanes ita protulerat: ᾠὰ μὲν καὶ πέμμα καὶ τράγημα, νικητήριον, Athenaeus XV. p. 667. D. his repetit: ᾠὰ γάρ ἐστι καὶ πεμμάτια καὶ τραγημάτια. Ex multis unum tantummodo Aristophanis locum subiungam, Eccles. 470. ἱμάτια, χρυσί', ἀργύριον, ἐκπώματα. Unde emendandus Anaxilas ap. Athen. IV. p. 183. B.

Ἐγὼ δὲ βαρβίτους τριχόρδους, πηκτίδας,
κιθάρας, λύρας, σκινδαψοὺς ἐξηρτυόμην.

Lege, σκινδαψόν. Tandem memorabile est, ab Athenaeo eadem pagina paullo ante Mercurii mentionem duos Callimachi versus, non multum ab Eratosthenicis distantes afferri. Καλλίμαχος, inquit, ἐν Γαλατείᾳ (fr. XXXVII.) τὸν χρυσόφρυν·

Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν (l. ἐπ') ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθῦν,
ἢ πέρκας, ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.

In his et verba ἢ μᾶλλον suspicionem iniiciunt, non defendenda ex Ione Chio ap. Athen. III. p. 91. E., et nimia quae priori versui cum postremo Eratosthenis intercedit similitudo, (non enim poterit huius ipsius locutionis repetitio tanquam poetis aevi Alexandrini propria confirmari ex Nicandri Georgicis ap. Ath. III. p. 92. D. Ἠὲ καὶ ὄστρεα τόσσα, βυθοὺς ἅτε βόσκεται ἅλμης.) Callimachea cum illum in suos usus convertisse omnium minime sit probabile, persuadet, genuinam Callimachi sententiam periisse, a librario forsan ad sequentia aberranti obscuratam.

VII. Athenaeus IX. p. 376. B. Παραπλησίως δὲ τῷ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντεριννύϊ τοὺς σύας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν. Ἀντεριννύς carmini Eratosthenis indicem fecerunt, qui colligendis eius scriptorum titulis

operam navarunt, vocem sensu cassam propagare non veriti. Novissimus Athenaei interpres ne verbum quidem. Est medicina fortasse violenta, verisimilis tamen, si reliquos locos quos ex Mercurio Athenaeus desumpsit adhibueris: *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ.* Ceterum errat Fabricius, Anterinnyn etiam ex Schol. Nicandri Theriac. p. 42. post Galeum afferens Bibl. Gr. IV. p. 121.

VIII. TZETZES IN LYCOPHR. 23. *Ἴουλος δὲ σημαίνει τέσσαρα, τὸν σκώληκα τοῦτον, τὴν ἐξάνθησιν τῶν γενείων, τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, καὶ τὸν ὕμνον, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ·*

Ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
Δανδαΐτις στείχουσα καλὰς ᾔειδεν ἰούλους.

Eadem Tzetzes in Chiliad. XIII, 494, ETYMOL. M. v. *ἴουλος*, exhibens *ἡ χερνῆτις θεὸς — ἐλεῶνος — καλὰς δ' —*, SCHOL. APOLLONII RH. I, 972. *Ὁ μέντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾠδῆς ἐρίθων ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ, λέγων οὕτω· —, δενδαλίδας τεύχουσα, καλὰς ᾔειδεν ἰούλους. Οὐκ ἔστι δέ, φησὶ Δίδυμος, ἀλλ' ὕμνος εἰς Δήμητρα, ὡς ὄρπιγγος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν.* Didymi reprehensio nihil valet. Ceterum repone ex Polluce IV, 53. et Athen. XIV. p. 619. B. *οὔπιγγος.* Schol. II, 43. *καὶ εἶδος ᾠδῆς, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης.* Coniecturae criticorum hae sunt. Quam emendatiorem affert lectionem Brunckius Lection. ad Anal. p. 111. et ad Apollonii locum priorem: *ἦν δ' ἄρα χερνῆτίς τις ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος, δενδαλίδας τεύχουσα, καλοὺς δ' ᾔειδεν ἰούλους,* nititur Schol. Paris. Rhodii, nisi quod hic *πετεῶνος* legit. In vulgatis acquievit Valcken. ad Adoniaz. p. 373. B., non Jacobs. ad Antholog. I, 2. p. 313, emendans *ἦν χερνῆτις ἔριθος*; de carminibus in Cererem idem ablegat ad Callimachi h. Cereris init. interpretem, Spanhemium. Maltbyus nonnisi fando Mercurium accepisse videtur, qui ad Morelli Lex. Pros-

od. p. 476. haec proposuit: „Priusquam Tzetzam vidissem, putaram alludi potuisse ad Cererem, et hunc in modum emendare tentaveram:

ἡ θεὸς ἡ χερνῆτις (Ceres χερνῆτις?) ἐφ' ὑψηλοῦ Ἐλεῶνος
δᾳδοῦχος στείχουσα καλὰς ἤειδεν ἰούλους.

Etiamnum latet error in v. *Δανδαῖτις*. Potest esse feminae nomen proprium prave conscriptum". Vix commemoratione digna est Naekii coniectura schedis criticis extremis: ἡ χ. ἐ. —, δενδαλίδας τεύχουσ' ἁπαλάς, ἤειδεν ἰούλους. Haec hactenus. Jam initio prioris versus Brunckii lectionem esse genuinam, perpendenti, narrationem non potuisse plane singularem ab Eratosthene afferri, ideoque superioribus annecti debuisse, affatim liquebit. Sed magis de sensu quaeritur fragmenti; namque istiusmodi carmine de opifice praeparando in hordeo versanti vel obiter dictum fuisse, omnino fidem excedit. *Δενδαλίδας* quidem Hesychius diserte agnoscit: δενδαλίδας· οἱ μὲν ἄνθος τι· ἄλλοι τὰς λευκὰς κάχρυς· οἱ δὲ τὰς ἐπτισμένας κριθὰς πρὸ τοῦ φρυγῆναι· οἱ δὲ τὰς ἐκ κριθῶν μάζας γενομένας. Memorabilis sane haec opinionum diversitas, nec nobis, suppetente licet Nicocharis versu ap. Athen. XIV. p. 645. C., facile dirimenda, in tanta testium penuria; aliquatenus tamen dirimet, qui στείχουσα hic sensu carens, cui Brunckius non aptissimum τεύχουσα substituit, probabiliter, historiarum statu scite informato, emendaverit. Interim non videtur de eo dubitari posse, quin pro τίς ex Etymol. M. θεός (haec enim vox quantopere corrumpi soleat, neminem fugit) pro monosyllabo habendum restituatur, dictumque de Maia existimetur, quae servili munere ipsa fungeretur. Ceterum καλάς non recte Brunckius reiecit, Athenaeo XIV. p. 619. B. femininum genus defendente.

IX. Schol. Dionysii Thracis p. 654. extr. sq. καὶ βαυνός, ὅπερ κοινῶς μὲν ὀξύνεται, Ἀττικῶς δὲ βαρύνε-

ται. σημαίνει δὲ τὴν κάμινον (Schol. Aristoph. Acharn. 86. βαύνους δ' ἔλεγον τὰς καμίνους.), ὡς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει·

μέσον δ' ἐξαύσατο βαυνόν,

ἤγουν ὑφῆνε. Leg. ὕφηπτε.

X. Epitome Athenaei I. p. 24. B. Οἱ δὲ νεώτεροι καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τιθέασι τὸ πάσασθαι. — Ἐρατοσθένης·

ὀπταλέα κρέα

ἐκ τέφρης ἐπάσαντο, τὰτ' ἀγρώσσοντες ἕλοντο.

Eurip. Cycl. 245. πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἄνθρακος θερμήν. Hinc poterunt nonnulli versus apud Athenaeum suppleri, de qua medela dubitationem eximet Diphilus VI. p. 231. A. ὀπτῶν ἐπῄει σωρὸς ἀπὸ τοῦ τηγάνου. Philetaeri igitur vel Nicostrati versus III. p. 108. C., quos Porsonus Advers. p. 65. alieno in metro illigavit, nihil offensus istis σηπίαν ἀπὸ τηγάνου, ita videntur redintegrandi esse. Vulgatur: Οὔποτ' αὖθις σηπίαν ἀπὸ τηγάνου τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος. Revoca litteras fugitivas ac dispone:

— Ὀπτὴν οὔποτ' αὖθις σηπίαν

ἀπὸ τηγάνου ἐτόλμησ' ἂν ἐμφαγεῖν μόνος.

Elmsleii observationem, quae eiusmodi elisioni, ἄν sequente, possit obmoveri, nihil moror, utpote ab idonea ratione destitutam, quantumvis nonnullis probatam. Eodem modo principium versus Pherecratei VI. p. 228. E. exciderat. Praeterea in Diphili fragmento IV. p. 132. D. coniungenda sunt ἀπὸ θερμοῦ ἀποζέσας.

XI. Hesychius: Ἡδυντῆρες. οἱ ἅλες. Ἐρατοσθένης. Pollux VI, 71. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ οἱ ἅλες ἡδυντῆρες διὰ τὸ ἡδύνειν.

Qui his octo fragmentis aptam invenerit fabulam, facile explicabit.

XII. Steph. Byz. v. Ἀπία. λέγεται δὲ Ἆπις θηλυκόν, οὗ ἡ γενικὴ Ἄπιδος. οὕτω τὴν χώραν Ἐρατο-

σθένης ἐν Ἑρμῇ προσαγορεύει. Igitur Eratosthenes veram eamque ab Aeschylo dudum posteaque a Mythographis adoptatam sequebatur sententiam, ipsam Peloponnesum olim Apiam audiisse: cf. Blomfield. glossar. ad Agam. 247. Ceterum v. notata ad fr. XV, 15.

XIII. CHALCIDIUS AD TIMAEUM p. 156. Pythagoreum dogma est, ratione harmonica constare mundum, coelestiaque distantia congruis et consonis sibi invicem intervallis impetu nimio et velocitate raptatus edere sonos musicos. Quem secutus Eratosthenes, motu quidem stellarum sonos musicos edi consentit, sed ordinem collocationis non eundem esse dicit. Statim quippe post lunam secundam altitudinem a terra dat soli; memorans fabulose, Mercurium commenta recens a se lyra, cum coelum ascenderet, primitus transeuntem per ea, quae motu planetum ad organicum modum personabant, a se inventae similem, miratum, quod imago a se inventi operis in coelo quoque reperiretur stellarum collocatione, quae caussa esset concinentiae: recensere primum se a terra transmisisse lunae globum, post quem superasse Solis, dehinc Mercurii Stilbontis et ceterorum cum aplani summa. Extrema corrupta videntur. Fabricium recte haec ad Mercurium rettulisse, docent tum fr. LV., tum Achilles Tatius in Arati Phaenom. p. 136. init. *Περὶ δὲ τῆς ἐναρμονίου κινήσεως αὐτῶν (τῶν πλανητῶν) εἶπεν, ὥς ἔφην, Ἄρατος ἐν τῷ Κανόνι, καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ.*

XIV. Idem ACHILLES TATIUS p. 152. A. *οἱ δὲ φυσικοὶ φιλόσοφοι τὸ μεταξὺ διῆκον πνεῦμα λέγουσιν ἄξονα. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων·*

Αὐτὴν μέν μιν ἔτετμε μεσηρέα παντὶ Ὀλύμπου,
κέντρου ἄπο σφαίρας· διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο.

Habet Fellus p. 46. *παντός* et *ἔπι σφαίρας* Brunck. Lectt. ad Anal. p. 111. Hoc quidem non opus erat: v. ad Geograph. fr. LVII. Illic facilius poterat *πάντῃ* re-

poni. De Mercurio *ἔτετμε* dicebatur: vide fragmentum superius. Priora Achillis Tatii illustrat Theo ad Arati Phaenom. 21. *Ἰστέον δέ, ὅτι ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις γίνεται ἔκ τινων ἀναθυμιάσεων κατὰ τοὺς φυσικούς, αἵτινες ἀναθυμιάσεις ῥυθμῷ τινι αὐτὸν κινοῦσιν.* Ceterum de media zona quam insequentibus describit egisse videtur.

XV. Idem p. 153. init. *Περὶ δὲ τῶν ζωνῶν Ἄρατος ἐν τοῖς φαινομένοις οὐκ ἐμνήσθη, ἄλλοι δέ, ὧν καὶ Ἐρατοσθένης, ἐμνημόνευσαν.* ib. D. E. sq. de zona torrida: *ταύτην δὲ οἱ μὲν ἀοίκητον, οἱ δὲ οἰκεῖσθαι λέγουσι. μέμνηται δὲ τῶν ζωνῶν τούτων καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων·*

Πέντε δὲ αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηνται,
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
*Ἡ μὲν ἔην μεσάτη, ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα πυρὶ **
τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπιρασμοῖραν ὑπ᾽ αὐτὴν
κεκλιμένοι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοις περιπεπτηυῖαι,
ἀεὶ φρικαλέαι, εἴθ᾽ ὕδατι νοστέουσιν·
οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν κρύσταλλος
κεῖται ἀναπέσχε, περίψυκτος δὲ τέτυκται.
Ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι·
δοιαὶ δ᾽ ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισι,
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὄμπνιον αὐδήσκουσαι
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος· ἐν δέ μιν ἄνδρες
Ἀντίποδες ναίουσι.

Ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης.

Priores octo versus allegavit Heraclides allegor. Homer. c. 50. (p. 476.) sive Schol. Venet. Il. σ'. 473. p. 429. a. *ὁ γοῦν Ἐρατοσθένης καὶ σφοδρότερον ἐν τῷ Ἑρμῇ ταύτας διηκρίβωσεν εἰπών· Πέντε* — Hos ipsos Latine vertit Hadr. Iunius Animadvers. III, 5; usus est

fra-

fragmento Fulvius Ursinus collatione Virgilii cum script. Gr. ad Georg. I, 233: uterque post Probum Virgilianae imitationis admonentes. Etenim haec PROBUS AD GEORG. l. l. Hanc tamen universam disputationem certum est Virgilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur. Virgiliana haec sunt I, 233—39.

Quinque tenent coelum zonae, quarum una corusco
semper sole rubens, et torrida semper ab igni;
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur
caerulea glacie concretae atque imbribus atris.
Has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae divom. Via secta per ambas,
obliquus qua se signorum verteret ordo.

Ubi Germanicam versuum Eratosthenis dedit Vossius versionem. Ex emendationibus plerumque Jos. Scaligeri ad Manilium p. 320. edidit Fellus p. 46, quem fere sequitur Brunckius Analect. I. p. 477.

1. *δέ οἱ* Heraclides. *περιηγέες* idem, non male, cf. Arati Phaenom. 23. Callim. fr. 429. non differt sequens *περιπεπτηυῖαι;* sensus idem erit: circumcirca versantes. *ἐσπείρηντο* Schol. Venet. quod recte Fellus exhibuit.

2. Hic et versu tertio scribendum *αἵ* et *ἥ*; etenim *αἳ μὲν — ἣ δὲ —* hic a formula *ὃς μὲν — ὃς δὲ —*, partim — partim, derivanda sunt. *κελαινοτέρου* Schol. Venet. lectio propter *γλαυκοῖο κυάνοιο* recipienda. Genitivum, ut apud Latinos, Graecis quoque proprietatem quandam indicare docet Lobeckius ad Phrynich. p. 215. et 469. extr. Adde Aristoph. Lysistr. 1132. *οἳ μιᾶς γε χέρνιβος,* quibus Brunckius *ἐκ* intrusit. Mirus est Matthiae, qui licet hunc genitivi usum abnegarit, eadem pagina Platonicum *εἶναι ἐτῶν τριάκοντα* attulerat. Hinc explicari debuerat Aeschyli Agam. 1379. *νίκης παλαιᾶς ἦλθε,* coll. 1659. Etiam apud Lucianum

vulgata Prometh. 7, quibus frusta metuebat Hemsterhusius, *καὶ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεός*, restituenda sunt.

3. Venet. *ἔκπυρος* cum Heraclide, cui fortasse *οἷον* molestiam facessiverat. Atqui *ὡς*, *ὥςτε*, *οἷον*, *ὥςπερ* passim enunciatonis veritati aliquid detrahunt. Particulae *ὥςπερ* eo sensu illatae nonnulla ex Aristophane suppeditat exempla Elmsleius ad Acharn. 193, quibus exime Thesmoph. 869, adde quae etiam ad *ὡς* et *ὥςτε* declaranda ex parte valent, Lysistr. 1076. *Av.* 180. Aeschyli Agam. 1220. 1274. Eurip. Hipp. 549. Bacch. 543. Heracl. 424. Menand. ap. Athen. T. I. p. 277. extr. Alexin ib. III. p. 118. A. versu 17. (ubi ruente metro eam locutionem male obscuratam reperias.) Sosipat. ib. IX. p. 378. F. Callimachi h. Del. 301. Lysian p. 812. a Brunckio ad Soph. Antig. 260. secus explicitum. Pauca enotavit Heind. ad Phaed. p. 143. Etiam *οἷον* ita Aristophanes usurpavit Vesp. 1369.

οἷον εἰ μὴ ἐῤῥήσεθ᾽ ὑμᾶς,
ὦ πονηροί, ταυτηῒ τῇ
δᾳδὶ φρυκτοὺς σκευάσω.

cum eoque Alexis Athenaei VII. p. 301. B. Duplicem praestat demonstrationem extremum Geograph. fr. LV. Ut igitur *κελαινοτέρου*, ita hic *οἷον* imaginem coloris dilutiorem repraesentat.

Ceterum Vossius l. l. p. 121. rubrum et caeruleum colorem, quo Eratosthenes et Virgilius zonas insigniant, ab sphaerae picturis derivatum censet; certe Claudianum 33, 244. versicolorem mundum in textura fingere, quae torridam rubro, reliquas zonas suo quamque colore exornatas exhibeat. Haec quidem ratio non satisfacit, quia sphaera, si modo coloribus distincta erat, per Eratosthenem demum, in quinque zonas divisa (divisionem enim dudum Parmenides instituit) innotuerat, hunc autem omnes posteriorum saeculorum auctores secuti nihil nisi imitari debebant. Immo ex

ipsa re nigrescentes frigidas, igneam contra zonam desumpsit torridam; satis id innuitur Virgiliano: imbribus atris. Ceterum zonarum descriptionem per omnia propagavit Strabo passim libro secundo, veluti p. 96. 111.

4. omittit Venet. πρό in fine addit margo Petavii, περὶ πρό recte Fellus.

5. ἐπεί ῥά ἑ μ. ἐπ' α. Heraclides. μαυρὰν Venet. Hinc legendum videtur: ἐπεί ῥα ἄναυροι ἐπ' αὐτήν. Fellus ἐπεί ῥά ἕ μ. ὑπ' α. sine sensu.

6. κεκλιμένην Heraclides. κεκλιμέναι Fellus recte.

7. δύω recte Heraclides. αἱ δὲ ἑκάτερθεν Venet. Ille πόλοιο περιπεπηγυῖαι.

8. κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι Heracl. ἀεὶ βριμαλέαι Venet. ἀεὶ φρ., αἰεί θ' ὕδατι νοσέουσι Fellus. αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεί θ' ὕδατι μογέουσι Brunckius. Nihil nisi αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσιν immutandum erat. Istud αἰεί θ' falsum esse hodie demonstrationem non requirit, quamvis illius usus nondum caussa sit exposita. Fugit novissimos Sophoclis editores Aiacis 350.

9. οὐ μέν recte Fellus.

10. κεῖ γαῖαν ἀμπέσχε idem, sed rectius τέτυκτο. Non meliora Brunckius profert: καὶ γαῖαν ἀμπέσχε, περίψυχος δ' ἐτέτυκτο. Glaciem frigidissimam extitisse non erat frigidiore docendum additamento. Proinde non difficulter περὶ ψυκτὺς δὲ τέτυκτο ex more Eratosthenis conieceris (v. fr. LVIII.); sed quale monstrum ἀναπέσχε condat, minime liquet. Sed donec felicius ingenium verum repperit, nihil vetat emendationem proponere: κεῖται ἀν' ἀμφὶ πάχνῃσι, id est, ἀνάκειται ἀμφὶ πάχνῃσι, de cuiusmodi praepositionibus postpositis, praesertim obviis apud poetas recentiores, conferendus inprimis Ruhnkenius ad Callim. h. Apoll. 50. Illud quidem vocabulum, quamvis de statua usitatissimum, potuit non sine vi collocationem immotam significare, quemadmodum diversum in sensum Aristophanes no-

vavit Avibus 636. *ὅσα δὲ γνώμη δεῖ βουλεύειν, ἐπὶ σοὶ τάδε πάντ' ἀνάκειται.* Volunt igitur voces: glacies constrata iacet, pruinis circumdata: *κρύσταλλος* et *πάχνη* coniunxit Theognetus Athenaei III. p. 104. C.

11. *χερσαῖα* agnoscit etiam Blomfield. gloss. Aesch. S. Th. 64, sed illud vocabulum significatu a *χέρσος* distat, et distare oportet. Legendum *χέρσ' ἄλλα.*

12. *ἀλλήληισι* Fellus. Idem 14. recte *εὔκρητοι,* sed eius *ἀλδίσκουσαι* non opus est. Marginis Petavii lectionem *ἀλδήσκουσαι,* dudum ab Ursino propositam, Brunckius recte admisit, recteque defendit Schaefer. ad Theocrit. XVII, 78.

15. Vetustam lectionem *'Ελευσινίης* restituit Brunckius; *'Ελευσίνης* recentiores, probatum Diario Britannorum Classico n. 7. p. 236. Vetustioribus Graecis eam formam non abiudicarim cum Hermanno Elem. D. M. p. 44, cum *Χάλυβος* aliaque eiusdem analogiae nomina, quae etiam maiorem iniiciant admirationem, praesidium ferant; sed quia *'Ελευσινίης* synizesi adhibita tum demum stare posset, si poetae non alia terminatio suppetiisset, potius utpote simplicius *'Ελευσῖνος* coniiciendum videtur, quod, ne dicam de vocabulis communis complexionis, qualia *"Ιθακος, Κρίσσος* et similia, neve adiectivi *Θρῆξ* commemorem exempla, ad quod proxime accedit *Φρύξ* Sophoclis ap. Athenaeum p. 183, ipsum illud *"Απις* fr. XII. confirmat. *Τὰν "Ιδαν ἔριν* eruditissimi poetae, Callimachi, lavacr. Pallad. 18, perperam Bentleius sustulit, cum eoque recentiores editiones. Notus est *Ζεὺς Λακεδαίμων,* unde *Λακεδαίμων* aliquoties pro *Λακεδαιμόνιος* dicebatur, a Schaefero (qui in Gregorio certe p. 127. *τὸν Λακεδαιμόνιον* edere debebat cum Fisch. ad Weller. III. a. p. 300.) ind. ad Gregor. Cor. p. 1000. plane repudiatum, tuendum tum observatis Munckero ad Fulgentii Mythol. I, 1, tum Homerico et Callimacheo h. Dianae 197. *Κύδωνες,* praeter *Σιδών* ab

Etymologico observatum. *Κόρινθος* plurium nomen illustrat Koenius praefatione ad Gregorium. Omnino formae eiusmodi verborum principio a poetis varie periclitatae sensim sensimque in consuetudinem irrepserunt, necessitate quadam ubi non adeo adiectivum effingere in promptu esset retentae. Veluti Coluthus 235. *Καρνείοιο Ὑακίνθου* novavit, temere ab Lennepio correptus.[1] Adde simillimum *Διονύσιον ἐς χορόν*, in scolio ap. Athen. XV. p. 695. C. Nonnulla dedit Koenius ad Gregor. p. 108; alia ad Chronogr. fr. XVIII. reperientur: quibus reputatis *Ἐλευσίνης* minus verisimile videbitur, cum praesertim coniectura sit adscitum, ac plane gemellum extet *Λεύκοφρυς Ἄρτεμις* apud Schol. Aristoph. Eq. 84.

Hisce igitur versibus Tatius subiungit: *ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης*. Idem de zonis denuo edisserens, p. 157. C. *οἱ δὲ πέντε παρέλαβον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ ἄλλοι πολλοί.*

XVI. Eratosthenis sententiam verisimile est Apollodorum III, 8. extr. servavisse: *εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα· τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας ἐκάλεσεν Ἄρκτον.* Supplet narrationem Pausanias VIII, 3. p. 603. *Ἄρτεμις δ' ἐς χάριν τῆς Ἥρας κατετόξευσεν αὐτήν. καὶ ὁ Ζεὺς Ἑρμῆν πέμπει, σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ Καλλιστώ.* Nusquam hanc fabulam reperias. Sed de auctore dubium eximit Hyginus fab. 177. Hic ergo septentrio maior, de qua in Creticis versibus (Barthii MS. Cretaeis; perspicue legendum, in Eratosthenicis versibus: cf. supra p. 6. not.):

Tuque, Lycaoniae mutatae semine (l. semina) nymphae,
quam gelido raptam de vertice Nonacrinae

Oceano prohibet semper se tingere Tethys,
ausa suae quod sit quondam succumbere alumnae.

Haec igitur ursa a Graecis Ἑλίκη appellatur. Haec habet stellas in capite septem non claras, in utraque aure duas, in armo unam, in pectore claram unam, in pede priore unam, in extrema coxa claram unam, in femine posteriori duas, in pede extremo duas, in cauda tres; omnes numero viginti. Haec satis ab P. A. III, 1. discrepant, nec dubitari potest, cum alieno loco haec de stellis expositio inserta fuerit, modo autem Eratosthenis (nihil enim septemtrioni cum Cretico poemate est commune) mentionem iniecerit, quin Hyginus haec quoque ex illius carmine excerpserit.

XVII. Hyginus P. A. III, 1. Sed in prioribus caudae stellis (minoris Arcti) una est infima, quae Polus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur versari. Reliquae autem duae χορευταί dicuntur, quod circum polum versentur.

XVIII. Idem P. A. II, 3. de Serpenti: Iuno dicitur hunc ibi custodem posuisse. Hoc etiam signi erit, quod in sideribus supra eum Draconem Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat; quare licet intelligere, hunc maxime Draconem dici.

Erigone.

De Erigone haec Longinus 33, 5. *Τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ· διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον· Ἀρχιλόχου, πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῇ ἐμβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής;* Iniqua hac comparatione missa, de qua supra p. 110. dictum, illud certe insigni praedicatione conficitur, egregie exiguum istud argumentum pertractatum fuisse. Celebritatem quoque maximam obtinuisse id demonstrat, quod Hesychius in re admodum vulgari eius carminis versiculum exhibuit decerptum. Sed

num Aetnae auctor, canens *Athenarum crimen, iam nobile sidus, Erigone*, ad poema Eratosthenis respexerit, in qua sententia versabatur Heynius ad Apollodor. p. 331, dubitare licet.

Erigonae locum indicant PLUTARCHI qui dicitur *parallela minora* p. 307. E. Ὁ περὶ τοῦ Ἰκαρίου μῦθος, ᾧ Διόνυσος ἐπεξενώθη. Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ. Sed prolixius:

XIX. SCHOL. IL. χ΄. 29. Ἔνιοι δέ φασι, τὸν κατηστερισμένον (ante Valckenarium edebatur τόνδε τὸν κ.) Κύνα οὐκ Ὠρίωνος, ἀλλὰ Ἠριγόνης ὑπάρχειν, ὃν καταστερισθῆναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἰκάριος γένει μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἔσχε δὲ θυγατέρα (μονογενῆ add. Schol. Venet.) Ἠριγόνην, ἥτις κύνα νήπιον ἔτρεφε. ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος (τὸν inserit Schol. Ven.) Διόνυσον, ἔλαβεν ἀπ᾽ αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα. κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιῄει τὴν γῆν, προφαίνων τὴν τοῦ Διονύσου χάριν, ἔχων σὺν ἑαυτῷ καὶ (hoc omisit Valck.) τὸν κύνα. γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως, βουκόλοις οἶνον παρέσχεν. οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι, οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν, οἱ δὲ περιλειπόμενοι νομίσαντες θανάσιμον εἶναι τὸ πόμα πλήσσοντες ἐφόνευον (ἐφόνευσαν Venet.) τὸν Ἰκάριον (aperte genuina, etiam Hyginianis: fustibus eum interfecerunt, expressa, neque Luciano (D. D. XVIII, 2. τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, παίοντες ταῖς δικέλλαις.) ignota, vulgatis τὸν Ἰ. ἀπέκτειναν substituit Valck.) μεθ᾽ ἡμέραν δὲ νηψάντων αὐτῶν, καταγνόντες αὑτῶν εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. ὁ δὲ κύων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἠριγόνην, δι᾽ ὠρυγμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γενόμενα (τὰ γεγονότα Venet.). ἡ δὲ μαθοῦσα τὸ ἀληθὲς ἑαυτὴν ἀνήρτησε. Νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης, κατὰ χρησμὸν Ἀθηναῖοι τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἠριγόνην ἐνιαυσιαίαις (addendus hic locus iis quae

Lobeck. ad Phrynich. p. 362. sq. collegit. *ἐνιαυσίαις* Ven.) *ἐγέραιρον τιμαῖς· οἳ καὶ καταστερισθέντες, Ἰκάριος μὲν Βοώτης ἐκλήθη, Ἠριγόνη δὲ Παρθένος. ὁ δὲ κύων τὴν ἑαυτοῦ ὀνομασίαν ἔσχεν. Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις.* Brevius enarravit Apollodor. III, 14, 7. Fusius Hyginus P. A. II, 4, ubi aliorum variationes bis commemorat, ex quorum sententia fab. 130. historiam exposuerat. De poemate ea quae Scholiasta tradidit derivata fuisse, etiam vox *νήπιος* de cane usurpata, praeterea *ἐγέραιρον* satis indicant. Ceterum fabulam minima ex parte protulit de ingenio suo Eratosthenes, eo minus, quod in sacris solennibus fatum Erigonae celebrabatur (Pollux IV, 55. *ἦν δὲ καὶ ἀλῆτις ᾆσμα ταῖς ἐώραις προςᾳδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου·* et Athen. XIV. p. 618. E. *Ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἐώραις τις (ᾠδὴ) ἐπ' Ἠριγόνῃ, ἣν καὶ ἀλῆτιν λέγουσιν ᾠδήν.*). Nomen quidem Icarii nihil nisi ad vinum propagatum alludit; quin Bacchum nonnulli, quos tangit Poeta apud Diodor. III, 65, in Icaro natum perhibuere. Quod vero excogitavit Staverenus ad Hygini f. 130, Icaron insulam in qua Pramnium vinum nasceretur ab illo Icario denominatum sibi videri: satis manifesto tum vocabuli forma, tum aliae istiusmodi etymologiae, quibus antiqui nimium indulgebant, arguunt, potius a regione vini copiosa heroem carminis insignitum fuisse; ab Icario enim, Attico pago, non facile id factum sibi quisquam persuaserit. Duplicem errorem Stephanus admisit Byzantius: *Ἰκαρία, δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης.* Rectius Athenaeus loco memorabili II. p. 40. B. *Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη.*

Omnis huius argumenti partes offerunt haec fragmenta:

XX. Analecta Brunckii I. p. 477.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρα
ἔλθῃ· κυμαίνει δ', οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βοῤῥᾶς ἠὲ Νότος, τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

Repetiit ille inter poetas gnomicos p. 194. Lips. Servarunt hos praeclaros versus Athenaeus II. p. 36. F. et Stobaeus Serm. XVIII. p. 163, quorum apud priorem *τῷ* hodieque, apud alterum *τέ* olim pro *τοί* initio legebatur, quod cum *τῷ* commutatum ivit, non dexterrime, Alberti ad Hesychii *ναρθηκοπλήρωτον*, qui extrema in glossa haec habet: *διότι θερμός ἐστι φύσει ὁ οἶνος, ἢ πυρώδης· οἶνος τῷ πυρὶ ἶσον ἔχει μένος — Ἐρατοσθένης.* Tres priores versus tacito auctore Clemens Alexandr. Paedag. II. p. 155. f. ita usurpavit: *ἐντεῦθεν καὶ ἡ ποιητικὴ ὠφελημένη λέγει· Οἶνός θ', ὅς πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας — Βορέης* — tandem *κεκρυμμένα πάντα φαίνει.* Indicatus est a Bentleio ad Callimachi epigr. IV., quod in Frischlini editione Erigonae versus sequebantur, ab illo testibus collatis eiecti. Sed quae deinceps apud Clementem subsequuntur,

οἶνος ἁμαρτοεπής, οἶνος μεθύουσιν ὄλισθος,
οἶνος ψυχαπάτης,

non debebat Heynius ad Iliad. III, 215. eidem Eratostheni tribuere, quae quidem non iam in Erigoneis suum poterant locum invenire, Orphico quodam vate, quam illo poeta, si ex sermone censendum est, digniora. Quisnam huic fragmento locus assignari queat, supra disceptavi p. 114. Conferendus est Panyasis ap. Athen. p. 37. A. *οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ·* inprimis ob illud *τοί* Cypriorum auctor: ib. p. 35. C.

Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδώνας.

Ceterum τὰ δέ vertendum *verumtamen*. Non longe ab istis distitisse videntur, quae excitat:

XXI. Schol. Nicandri Theriac. 472. εὖ τοι ὅσοις φαίνεσκε Μοσυχλαίη φλογὶ ἶσον. Buttmannus (Museum d. Alterthumsw. I. p. 299.) coniiciebat ἔν τ' ὅσσοις, suspecta locutione, hac insuper sententia proposita (p. 306.), Eratosthenem, nihil nisi doctum poetam, Antimachum imitando de Mosychlo mentionem iniecisse: oblitus, ut videtur, illum et Graeciam invisisse, et Geographica composuisse. Corrige, sodes:

Εὔϊος, ὅς φαίνεσκε Μοσυχλαίη φλογὶ ἶσον [οἶνον].

Iam si animadverteris, hoc cum fr. XXVIII. apud Schol. Nicandri obvium ex Erigona desumptum esse, ad idem poema etiam tertium referre fortasse non dubites (fr. XXIX.).

XXII. Georg. Choeroboscus ad Theodosium ap. Bekk. Anecd. p. 1356. γάνυξ γάνυκος ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. Vocabulum γάνυξ, hodie apud Graecos scriptores nusquam, opinor, obvium, insolentiore ac magis etiam poetico γανύκτωρ (sic leg.) non potuit explicari: neque enim grammaticorum adeo moris est, obscura obscurioribus illustrare interpretamentis. Jam Bacchus quin eo cognomine fuerit decoratus, cum vix dubitari possit, his ut in re desperata locum constitueris, ita ut lacunae caussa appareat: γάνυξ, γάνυκτος ὁ Διώνυσος· — Διωνύσοιο γάνυκτος· παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει.

XXIII. Etymolog. M. p. 170, 47. Αὐροσχάς, ἡ ἄμπελος. μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ· αὐροσχάδα βότρυν Ἰκαριώνης. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἐπιθαλαμίῳ, τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα. εἴρηται δὲ ἐπαιωρουμένη τις οὖσα ὄσχη. ὄσχη γὰρ τὸ κλῆμα. Titulus cum per se est suspectus, tum illa fr. XIX. ἀμπέλου κλῆμα lacunae hunc locum obsidentis admonent, ita forsan explendae: Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἠριγόνῃ· — ἔτι θαλλο-

μένη τ' αὐροσχὰς (vel *ἐπὶ θ.*, praeterea; Scholiasta l. l.: *οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα*)· *τὸ κ. β. κλῆμα.* Ita vitium, quod apud Aeschylum prae ceteris saepe reperitur, *ἐργομία* verbi caussa pro *ἐργομένα*, hic quoque posueris. Non invenuste *αὐροσχάς* (s. *αὐρωσχάς*) vitis ramulum designabat, quem ab auris leviter concitum foliis iam inhorrescentem liceret inaudire. Non immerito Schneiderus Hesychium in suspicionem vocavit. Is enim priore loco: *Ἀρασχάδες. τὰ περισυνὰ κλήματα.* MS. *τὰ πσυνα κλήματα.* Legendum: *Αὐροσχάδες. τὰ ἀμπέλινα κλήματα.* Deinde: *Ἀρέσχαι. κλήματα. βότρυες.* pro *αὐρόσχαι.* Harpocrat. v. *ὀσχοφόροι. ἡ δὲ ὄσχη κλῆμά ἐστι βότρυς ἐξηρτημένους ἔχων· ταύτην δὲ ὀρεσχάδα ἔνιοι καλοῦσιν.*

XXIV. Hesychius: *Ἀγρηνόν, δικτυοειδές, ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ. Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸ καλεῖ γρῆνυν ἢ γρῆνον.* Forte *γρῖνυν ἢ γρῖνον.* Haud tamen scio an Hesychii locus imperfectus sit, ac fragmentum potius ad librum histrionicum pertinuerit. Pollux IV, 116. *τὰ δὲ ἐπιβλήματα* (*τὰ τραγικὰ*) — *ἄγρηνον. τὸ δ' ἦν πλέγμα ἐξ ἐρίων δικτυῶδες περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ὃ Τειρεσίᾳ ἐπεβάλλετο, ἤ τινι ἄλλῳ μαντικῷ.*

XXV. Macrobius Saturnal. VII, 15 extr. In pulmonem defluere potum nec poetae ignobiles ignorant, ait enim Eupolis in fabula quae inscribitur *Κόλακες*·

Πίνειν γὰρ ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευεν, ἵνα
πρὸ τὸν κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ.

et Eratosthenes testatur idem:

καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος.

Erigonae versum recte attribuit Brunckius Lectt. ad Anal. p. 111. Eupolidis versus alii sanent, adhibito Athenaeo V. p. 218. C. Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p. 1047. D. (*καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ἰατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας,*) *καὶ τῶν ποιητῶν*

Εὐριπίδην, Ἀλκαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας, ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξεισι. Alcaei versus servavit Athenaeus I. p. 22. E. X. p. 430. B.

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγου· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται·
ἁ δ' ὥρα χαλεπά· πάντα δὲ δίψαις ὑπὸ καύματος.

τέγγου potius pro vulgato *τέγγε* erat recipiendum, quam *τέγγε πλεύμονας οἴνῳ* ex libro decimo. *Δίψαις* autem infinitivus a sequentibus pependit. Compares Horat. Carm. IV, 12, 13. Adduxere sitim tempora, Virgili. Idem Athenaeus Eupolidis versum posteriorem ita adiicit: *ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον φορῇ.* Ceterum Alcaei fragmentum Sylburgius dudum Theognidis vs. 1040. admovit.

XXVI. Hyginus P. A. II, 4. p. 427. — dicitur hircus in vineam se coniecisse, et quae ibi tenerrima folia videret, decerpsisse; quo facto, Icarium irato animo tulisse, eumque interfecisse, ac vento plenum praeligasse, et in medium proiecisse, suosque sodales circum eum saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait:

Ἰκαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

Valckenarius iis ipsis quae p. 113. proposita leguntur haec subiungit: „Ut sic credam, tum ratio suadet poematis, olim noti sub nomine *Ἠριγόνης*, tum versiculus, quem apud Hyginum obvium ex isto poemate, non e Catasterismis, ut credidisse videtur Scaliger, censeo repetitum. — Ex illis quae praecesserant pendet nomen *Ἰκαρίου*, et si ponas, in fine versus antecedentis lectum *ἐφετμαῖς* vel simile quidpiam, sensus loci facilis evadet." Simpliciorem monstrant interpretationem Euripidis loca, Iphig. T. 1143. sqq.

χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμων,
παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
ματρὸς ἡλίκων θιάσους —.

Troad. 151.

ποδὸς ἀρχεχόρου πλαγαῖς Φρυγίαις
εὐκόμποις ἐξῆρχον θεούς.

XXVII. Steph. Byz. v. *Ἄστυ. λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ* (sic cod. Voss. pro *Ἠριγόνῳ.*)· *εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος. ὅτι δὲ δῆμος Θορικός, δῆλόν ἐστι.* In versu manifeste depravato codd. Palat. Perus. Voss. *εἰ ὅτε δή.* Salmasius: *εἰς τὸ δὲ (τόδε) τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ*, qui pentametrum videtur fingere voluisse. Brunckius l. l. *εἰςόκε δὴ Θ. κ. ἴ. ἄστυ.* Legendum:

ἄστυ δὲ δὴ Θορικοῦ, καλὸν ἵκανεν ἕδος.

De Icario an Erigone dictum fuerit non patet. *Ἄστυ* hic Eratosthenes usurpavit, uti complures poetae *πόλις* de insulis etiam praelongis et terris, de quo usu praeter classicum Strabonis locum p. 356. videndus Abresch. ad Aeschyl. I. p. 169. sq., ut alios praeteream.

XXVIII. Schol. Nicandri Theriac. 400. *ἰϋγὴ δὲ φωνή τίς ἐστιν ἢ βοὴ ἀδιάρθρωτος, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πεποιημένη. καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἐριννύϊ περὶ κυνὸς λέγων, εἶπεν·*

Ἰϋγῆς ὡς παῦρον ἀπέκλυεν.

Credo *ἐπέκλυεν*, de Erigona dictum. Neque vero canis ululatus apte carmini de Erinnye inseri, neque ab Eratosthene illud *Ἐριννύς* inscribi potuit, utpote quod numero singulari, ita ut cunctae Erinnyes significentur, a poetis tantum philosophantibus efferatur. Hoc de singularis sensu collectivo pronunciatum existimes. Eiiciendum indice librorum *Ἐριννύς*, et emendandum *ἐν Ἠριγόνῃ.*

XXIX. Idem Schol. 465. *αἶψα δὲ σαρκί*] *ταχέως δὲ παρὰ τὴν σάρκα σηπεδόνας ἐποίησε δυσιάτους· αὗται γάρ εἰσιν αἱ πυθεδόνες. Ὅμηρος· σέο δ' ὀστᾶ πύσει ἄρουρα. καὶ Ἐρατοσθένης·*

— οὐδὲ πελιδναὶ
πυθεδόνες γάστρηναν ὑπέτρεφον οὐλοὸν ἕλκος.

Legerim:

οὐδὲ δέμας πελιδναὶ
πυθεδόνες παρέφηναν, ἐπεὶ τρέφον ο. ἕ.,

de corpore ut suspicor Icarii vix ab Erigone agnito, ut quod dudum dissolutum atque putridum esset.

XXX. Hygin. II, 6. Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit, supra draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum, ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem.

XXXI. Idem II, 7. Lyra. Inter astra constituta est, hac ut Eratosthenes ait de caussa: quod initio a Mercurio facta de testudine, Orpheo est tradita, qui Calliopes et Oeagri filius eius rei maxime studiosus. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allicuisse: qui querens uxoris Eurydices mortem ad inferos descendisse existimatur, et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, praeter Liberum patrem: h u n c e n i m o b l i v i o n e d u c t u s p r a e t e r m i s i t, ut O e n e u s in s a c r i f i c i o D i a n a m. Postea igitur Orpheus ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit a Thracia, sed ut Eratosthenes ait in Pangaeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiecisse Bacchas, quae corpus eius discerperent interfecti. *Sed* alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; Musas autem collecta membra sepulturae mandasse, et lyram, quo maxime potuerant beneficio, illius memoriae caussa figuratam stellis inter sidera constituisse Apollinis et Jovis voluntate: quod Orpheus Apollinem maxime laudaret, Juppiter autem filio beneficium concessit. Clarissime hinc intelligitur, quae Catasterismis de caussa

Orphei occisi tradantur, ab Eratosthenis fabula longe abhorruisse.

XXXII. Idem III, 6. Habet autem (Lyra) in ipsis testudinis lateribus singulas stellas; in summis cacuminibus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collecta, singulas; in mediis iisdem, quos humeros Eratosthenes fingit, singulas.

XXXIII. Idem II, 13. Heniochus. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat: quem Iuppiter cum vidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est ingenium hominis ad Solis inventa accessisse, quod is princeps quadrigis inter deos est usus; sed Erichthonius et quadrigas, ut ante diximus, et sacrificia Minervae, et templum in arce Atheniensium primus instituit.

XXXIV. Idem II, 14. Ophiuchus. Complures etiam astrologi hunc Aesculapium finxerunt, quem Iuppiter, Apollinis caussa inter astra collocavit. Aesculapius enim cum esset inter homines, et tantum medicina ceteris praestaret, ut non satis ei videretur, hominum dolores levare, nisi etiam mortuos revocaret ad vitam, novissime fertur Hippolytum, qui iniquitate novercae et inscientia parentis erat interfectus, sanasse, ita uti Eratosthenes dicit. Cf. Valcken. ad Hippol. p. 318. b. et Heyn. ad Apollod. p. 279.

XXXV. Idem II, 15. Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Iovi fecerunt, quo Aesculapium interfectum complures dixerunt. Hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. Cum autem Iuppiter ignoverit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur. Hanc igitur ob caussam inter sidera demonstrant (— at).

XXXV. Idem II, 16. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Veneris in-

ductum in amorem incidisse, et cum ei copia non fieret, animum ut contumelia accepta defecisse; Iovem autem misertum eius, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, quae soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit, qui copia facta pro beneficio Aquilam in mundo collocavit. Quae postrema ex Mercurio narrationem fluxisse significant: cf. p. 111. Huc igitur referendum:

XXXVII. Polluc. VII, 90. *Μέμνηται δὲ καὶ Φαικασίου (ὑποδήματος) ἐν τῷ Ἑρμῇ Ἐρατοσθένης· Πέλμα ποτὶ ῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ Φαικασίοιο.* Falkenburg. *ποδὶ κρούεσκε.* Salmasius ad Tertull. de pallio p. 384. *ποτιῤῥάπτεσκεν;* quod non congruit, cum genitivus *φαικασίοιο* a voce *πέλμα* pendeat. Litterula immutata genuinam, opinor, lectionem restituet;

Πέλμα ποτί ῥα πτάσκεν ἐλαφροῦ Φαικασίοιο·

crepidam levis Phaecasii advolavit (aquila). Praeter alios qui ad Hesychium indicantur confer Appianum de B. C. *ὑπόδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Ἀττικόν, ὃ καὶ Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ καλοῦσι Φαικάσιον:* quae Alexandrinorum mentio facit, ut intelligamus, cur hoc ipsum calceamenti genus Eratosthenes elegerit.

XXXVIII. Hygin. II, 17. Delphinus. Hic qua de caussa sit inter astra collocatus, Eratosthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum quo tempore voluerit Amphitriten ducere uxorem, et illa cupiens conservare virginitatem fugerit ad Atlanta, complures eam quaesitum dimisisse; in his et Delphina quendam nomine, qui pervagatus insulas aliquando ad virginem pervenit, eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administravit: pro quo facto inter sidera Delphini effigiem collocavit. Et hoc amplius, qui Neptuno simulacra faciunt, Delphinum aut in manu, aut sub pede eius

eius constituere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur.

XXXIX. IDEM II, 19. Deltoton. Hoc sidus velut littera est Graeca in triangulo posita, itaque appellatur; quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, et Iovis nomine Graece *Διός* primam litteram deformaret. Cf. p. 111. et fr. XLVIII.

XL. IDEM II, 20. Aries. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, et Phrixo memoriae caussa dedisse, ipsum ad sidera pervenisse: quare ut supra diximus obscurius videatur. Supplet Hyginum:

XLI. SCHOL. ARATI PHAENOM. 225. *Τοῦτον τὸν Κριὸν Ἐρατοσθένης εἶναί φησιν Ἕλλης καὶ Φρύξου, ὃν θύσας τῷ Φυξίῳ Διὶ Φρύξος, τὴν δορὰν δέδωκε τῷ Αἰήτῃ· διὸ καὶ τοὺς ἀστέρας αὐτοῦ ἀμαυροῦσθαί φησιν ὡς ἐκδαρέντος.* Non exstant ista in Catasterismis, apud Hyginum disiectis obvia membris.

XLII. SCHOL. GERMANICI ARAT. PHAEN. 173. Eratosthenes dicit, hunc (Taurum) esse, qui coiit cum Pasiphae: cuius priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter femineum sexum. Horum ne verbum quidem Catasterismis servatur.

XLIII. HYGIN. II, 23. Dicitur etiam alia historia de Asellis, ut ait Eratosthenes. Quo tempore Iuppiter, bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos convocavit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos, asellis vectos: qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, et ita pro se quisque magnum clamorem et inauditum gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint, et ita sint superati.

XLIV. IDEM II, 24. De Berenice regina, cuius comam ad caudam Leonis repositam esse Alexandrini poetae fabulabantur: Eratosthenes autem dicit et virginibus

Lesbiis dotem, quam cuique relictam a parente nemo solveret, iussisse reddi, et inter eas constituisse petitionem. Verba corruptissima ne Valckenarii quidem ingenium (ad Callim. Eleg. p. 37.) potuit redintegrare.

XLV. Idem II, 25. Nonnulli etiam Erigonen Icarii filiam dixerunt (Virginem), de qua supra diximus.

XLVI. Idem II, 28. Capricornus. Huius effigies similis est Aegipani —. Hic etiam dicitur, cum Iuppiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus timorem, qui *πανικός* appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de caussa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus [id est, maritimis conchyliis] hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione.

XLVII. Idem II, 30. Eratosthenes autem ex eo pisce natos homines dicit: de quo post dicemus. Salmasius coniecit: natos hos. Verum cum illa: e x e o p i s c e, ut quae ad praecedentia nihil queant referri, sensum non efficiant, ita fortasse ad litteras accuratius emendaveris: — ex eo pisce natos, quem Notium homines dicunt.

XLVIII. Idem II, 33. Lepus. — quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter cetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Theo ad Arati Phaenom. 338. *κατηστερίσθαι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ὑφ' Ἑρμοῦ διὰ τὴν πολυγονίαν· μόνῳ γὰρ τούτῳ ἐδόθη κύειν πλείονα, ὧν τὰ μὲν τίκτει, τὰ δὲ ἔχει ἐν τῇ κοιλίᾳ.* Similia Catasterism. c. 34. Quae ab Eratosthene in Mercurio prolata fuisse, mentio Mercurii persuadet; a quo etiam Deltoton constitutum memorabatur.

XLIX. Theo ad Arati Phaen. 402. *Ἐρατοσθένης δέ φησι, τοῦτο τὸ Θυτήριον εἶναι, ἐφ' ᾧ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ συνωμοσίαν ἐποιήσαντο, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν ὁ Ζεύς, Κυκλώπων κατασκευασάντων, ἔχον ἐπὶ τοῦ πυρὸς κάλυμμα, ὅπως μὴ ἴδωσι τὴν τοῦ κεραυ-*

νοῦ δύναμιν. ἐπιτυχόντες δὲ τῇ πράξει, ἔθηκαν καὶ εἰς οὐρανοὺς (Mosq. οὐρανὸν) τὸ αὐτὸ κατασκεύασμα· ὃ καὶ εἰς τὰ συμπόσια φέρουσιν οἱ κοινωνεῖν βουλόμενοι, ἢ αὐτοὺς (Mosq. αὐτῶν. l. αὑτούς i. q. ἀλλήλους.) αἱρούμενοι (Mosq. add. ὡς ἐπίθυσιν) ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ τοῖς ὀμνύειν δίδοται βουλομένοις, ὡς δικαιοτάτην πίστιν τηρῶσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται, δεικνύντες εὐγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ μάντεις τοῦτο ποιοῦσι. Extant haec fere in cap. 39. Catasterismorum, multo tamen breviora, et alia praefixa inscriptione *Νέκταρ*: vid. p. 128.

L. Hygin. II, 40. Nonnulli cum Eratosthene dicunt, eum Cratera esse, quo Icarius sit usus, cum hominibus ostenderet vinum.

LI. Idem II, 42. Reliquum est nobis de quinque stellis, quas complures ut erraticas ita *πλανήτας* Graeci dixerunt. Quarum una est Jovis nomine Phaëthon —. Secunda stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes a Solis filio Phaëthonta appellatam dicit —. Tertia est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Veneris sequens stellam, hac ut Eratosthenes ait de caussa: quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxisset, et propter eius observantiam Marti eius copia non fieret, ut nihil aliud assequi videretur (?), nisi sua stella Veneris sidus persequi a Venere impetravit. Itaque cum vehementer eum amor incenderet, rem significans, e facto stellam Pyroenta appellavit. Quarta stella est Veneris, Lucifer nomine —. Nonnulli autem hunc Aurorae et Cephali filium esse dixerunt, pulchritudine multos praestantem: ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit (l. dicat), eum hac de caussa Veneris appellari; exoriente sole et occidente videri: quare, ut ante diximus, iure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum. Quinta stella est Mercurii, nomine Stilbon; sed haec est brevis et

clara. haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit, et perviderit siderum cursus.

LII. Idem II, 43. Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem Lacteum esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit, Mercurio infanti puero insciam Iunonem dedisse lac; sed postquam eum rescierit Maiae filium esse, reiecisse eum a se, et ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere. Alii dixerunt, dormienti Iunoni Herculem suppositum, et experrectam id quod supra diximus fecisse. Accuratius et verius (v. ad fr. III.):

LIII. Achilles Tatius p. 146. *Ὁ δὲ γαλαξίας εἴρηται μέν, ὡς ἔστιν ὁρατὸς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς σφαίρας αἰσθητός, τῶν ἄλλων ὄντων νοητῶν. περὶ δὲ τούτου φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Καταμερισμῷ μυθικώτερον, τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος. τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔτι βρέφους ὄντος, καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἥρας ἐπισπασαμένου σφοδρότερον, ἐκείνην ἀντισπάσαι, καὶ οὕτως περιχυθέντος τοῦ γάλακτος, κύκλον γενέσθαι παγέντος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ λέγει γεγενῆσθαι Ἐρατοσθένης, ὡς ἄρα ὁ Ἑρμῆς τοῦ μαστοῦ τῆς Ἥρας ἐσπάσατο.* Ultima tangit p. 168. Eratosthene non nominato. *Καταμερισμῷ* corruptum putavit Fabricius, post quem *Καταστερισμῷ* legendum censuit Koppiers. p. 130; sed sic quoque diversa in Catasterismis nostris reperiuntur, quibus ne ea quidem conveniunt, quae eodem Eratosthene auctore memoriae prodidit Theo ad Arati Phaen. 469. *Ἐρατοσθένης δέ φησι, μυθικῶς αὐτὸν (τὸν γαλαξίαν) διηγούμενος, ὑπὸ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος γεγενῆσθαι ἐκχυθέντος· ἤκουσε γὰρ παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ, ὅτι οὐκ ἴδιός ἐστι.*

Astris enarratis, non ab re proferre mihi videor, quae Ioh. Lydus tradiderit de mensibus p. 96. *Ἐρατοσθένης γε μὴν τὸν Δία ἐν τῇ Κρήτῃ τεχθῆναι λέ-*

γει, κἀκεῖθεν διὰ τὸν Κρόνου φόβον μετενεχθῆναι εἰς Νάξον, Catasterismis c. 30. et ab Hygino P. A. II, 16. recte Aglaostheni, illic restituendo, vindicata fuisse.

LIV. Hoc ipso Eratosthenes poemate, non alio scripto, quod Fellus posuit, (Lexicon enim ab eo allatum astronomicum Graece Dasypodius conscripsit.) de ventis nonnulla exposuisse videtur, teste Achille Tatio p. 158. B. *ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης*. Conferantur Arati Diosemea. Ne Callimacho quidem Bentleius idoneo adductus argumento librum *περὶ ἀνέμων* assignavit, cum praesertim ab physicis ille abhorruerit.

LV. Theo Smyrnaeus p. 165. *Τιμόθεός φησι καὶ παροιμίαν εἶναι τήν, πάντα ή, διὰ τὸ τοῦ κόσμου τὰς πάσας ὀκτὼ σφαίρας περὶ γῆν κυκλεῖσθαι, καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης·*

Ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει,
ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρεσσιν (l. *σφαίραισι*) *κυλίνδετο κύκλῳ ἰόντα.*

Prius *ὀκτώ* cum *ἁρμονίῃσιν* construendum est; explicationem pete ex fr. XIII. Ignoravit haec falsarius Aristobulus, Callimacho fr. CXLV. supponens:

Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι,
ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.

Proverbium illud *πάντ' ὀκτώ* tetigit Pollux IX, 100.

Depravata subsequantur duo fragmenta:

LVI. Etymolog. M. p. 286, 33. *Δράξων, ἡ λεγομένη Σικελική. σημαίνει δὲ τοὺς κατ' ἀγορὰν τῶν ἀλφίτων ἢ τοὺς ἄλλων τινῶν δραττομένους καὶ ἁρπάζοντας. οὕτω* (*οὓς* vel *τούτους* infeliciter Sylburgius) *Ἐρατοσθένης καπηδάλους καλεῖ. παρὰ οὖν τὸ δράττεσθαι.* His si quemcunque sensum inesse velimus, scribendum certe fuerit, *οὕτως Ἐ. τοὺς καπήλους καλεῖ·* verumtamen cum explicatio vocis *δράξων* non accurate muneri congruat institorum, verius ita litterarum ductus

sequendo castigaverim: *οὕτως Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς καταλόγοις καλεῖ.* Sed *ἡ λεγομένη Σικελική* mendum aperte praefert, ibique nonnulla excidisse videntur; remedium tamen latet. Nec prodest Hesychius, ne ipse quidem corruptela liber: *Δράξων· ἐν Σικελίᾳ ἱερόν, εἰς ὃ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον· ὅθεν καὶ Δράξοντες ἐκλήθησαν.* Sacrum istud Siculum si *Δράξων* vocabatur, qui id colerent non potuerunt *Δραξόντων* nomen recipere. Maius quoque dubium excitat varia lectio a Schowio enotata. Is pro lectione Musuri in fine glossematis *Δ. ε. δράξοντες ε.* venditat, ex MS. *Δράξων, ε. — δράσοντες ε.* profert; sed nihil aliud significasse videtur, quam MS. *δράσοντες* pro *δράξοντες* legere. Ita igitur existimandum: *δράξων* Hesychii glossam esse; post *ἱερόν* nomen sacri et si quae alia cum ea quaestione essent coniuncta excidisse; pro *εὐχὰς ἔπεμπον*, forma apud Lexicographum satis insolenti, *ἀπαρχὰς ἔπεμπον* adsciscendum esse; *δράξοντες* idem quod *δράσσοντες*, id est *ἀπαρχόμενοι*, exprimere. Eodem referas eiusdem Hesychii *δρακιά. φύλλα. Σικελοί.* Litterarum ordo *δραστιά* legendum iubet pro *δρακιά*, voce nihili. Quae si veri exhibent speciem, initio glossae apud Etymol. M. lacuna est statuenda, post *σημαίνει δέ* autem *καὶ* interponendum. Sed ad utram vocis significationem versus Eratosthenis pertinuerit, satius fuerit in medio relinquere.

LVII. Georg. Choeroboscus ad Theodosium ap. Bekk. Anecd. p. 1185. *εὑρέθη δὲ καὶ τὸ Ἀρύας Ἀρύαντος περιττοσυλλάβως κλιθέν·*

ἡ δὲ ὑπὲρ Ἀρύαντος ἐπὶ προχοαῖς ποταμίων,

παρ' Ἐρατοσθένει· ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ. Fluvium *Ἀροάνιον* Arcadiae memorat Pausan. VIII, 14. unde Casaubonus intulit in Athen. VIII. p. 331. E.; sed Aryas iste inquisitionem elusit intentissimam, quapropter emendationem versus differo.

Ultimum obtineat locum.

LVIII. Schol. Venet. Il. τ΄. 234. ὀτρυντύς] — ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττική (?)· χαίρει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς, ὥς τό,

— πολλὴ ἀντιμαχιστύς.

Qui plane inauditum de vocibus υς terminatis proposuit decretum, non Ionum, sed Cyrenaeorum propriam fuisse formam, demonstrantibus nimirum et Callimacho et Eratosthene, Blomfield. ad Callim. h. Apoll. 94, praeterea coniecit πόλις ἀντιμαχιστύς scribendum: id vocabuli cuinam sit analogiae admovendum, prae festinatione exponere oblitus. Si vulgata recte se habet, restitue: πολλὴ δ᾽ et ἀντιμαχηστύς, quasi a substantivo in ηστης desinenti profectum; de quo genere idem glossar. S. Th. 641. disseruit. Ceterum formatio Ionica in Atticorum quoque sacro vetustissimo resedit, quod βαλλητύς vocabatur. Alia si requiras, dabit Abresch. ad Cattier. p. 31.

III. LIBRI DE MATHEMATICIS DISCIPLINIS.

Platonicum, inscriptionem, si spectes et Eratosthenis ingenium et alterius fragmenti indolem, satis mirabilem, bis excitavit Theo Smyrnaeus.

I. p. 2. extr. sq. *Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλατωνικῷ φησιν, ὅτι Δηλίοις τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἐπὶ ἀλλαγῇ λοιμοῦ βωμὸν τοῦ ὄντος διπλασίονα κατασκευάσαι, πολλὴν ἀρχιτέκτοσιν ἐμπεσεῖν ἀπορίαν, ζητοῦσιν ὅπως χρὴ στερεὸν στερεοῦ γενέσθαι διπλάσιον. ἀφικέσθαι τε πευσομένους περὶ τούτου Πλάτωνος· τὸν δὲ φάναι αὐτοῖς, ὡς ἄρα οὐ διπλασίου βωμοῦ ὁ θεὸς δεόμενος τοῦτο Δηλίοις ἐμαντεύσατο, προφέρων δὲ, καὶ ὀνειδίζων τοῖς Ἕλλησιν ἀμελοῦσι μαθημάτων, καὶ γεωμετρίας ὠλιγωρηκόσιν.* His fere omnibus minima ex parte cum initio Epistolae ad Ptolemaeum convenit.

II. p. 127. extr. sq. *Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τῷ Πλατωνικῷ φησι, μὴ ταὐτὸν εἶναι διάστημα καὶ λόγον, ἐπεὶ λόγος μέν ἐστι δύο μεγεθῶν ἡ πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις· γίνεται δὲ αὐτὴ καὶ ἐν διαφόροις, οἷον ἐν ᾧ λόγῳ ἐστὶ τὸ αἰσθητὸν πρὸς τὸ νοητόν* (haec ex codice recipi debuerant), *ἐν τούτῳ δόξα πρὸς ἐπιστήμην διαφέρει καὶ τὸ νοητὸν τοῦ ἐπιστητοῦ, ᾧ ἡ δόξα τοῦ αἰσθητοῦ. διάστημα δὲ ἐνδιαφέρουσι μόνον ἢ κατὰ τὸ μέγεθος, ἢ κατὰ ποιότητα, ἢ κατὰ θέσιν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν.*

Iam quemvis libri eiusmodi argumentum facile opinor circumspicere, Platonici insigne prae se ferentis: quatenus enim commune inter utrasque sententias intercedat vinculum, cum praesertim de quonam intervallo quave ratione Eratosthenes disseruerit, non ambigue cognoscatur, non nimium illud dilucide queat exponi. Accedit, ut ille, licet nonnulla Platonicorum sibi dogmatum vindicaverit, quam maxime ab persequendis Philosophi placitis procul abfuisse putandus sit. Praepropere igitur Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 126, non reprehendendo, sed potius Platoni commendando illic Eratosthenem censuit vacasse, proinde Menagii (v. Philosoph. fr. XV.) coniecturam *πρὸς Πλάτωνα* repudians; nec felicior propositum libri divinavit Bullialdus ad Theon. p. 193, Epistolam Ptolemaeo inscriptam Platonici fortasse partem constituisse: id enim ipsius Epistolae natura, certissimis ab initio usque ad finem limitibus circumscriptae, omnino renuit. Immo prius testimonium minime obscure ad suspicionem perducit, Platonicum, nisi forte a recentioribus erat titulus adscriptus, librorum de mathematicis disciplinis (neque enim quidquam sic indicare prohibuerit), inprimis de musica et arithmetica, prooemium exhibuisse, commendatione illius doctrinae a Platone petita, cuius fundamenta minor eiusdem opusculi pars persequeretur. Cuiusmodi opinionem quae alibi a Theone proferuntur, minus a secundo fragmento abludentia, etiam flagitare videntur. Non mediocriter Pappi mentione haec confirmantur librorum de medietate, unde Platonicum id ipsum argumenti tractasse suspiceris. Ita enim ille mathematicae collectionis a Fed. Commandino conversae p. 241. Dictorum autem librorum qui ad resolutum locum pertinent ordo talis est. — — Eratosthenis de medietatibus duo. Et p. 247. Loci autem ab Eratosthene inscripti ad medietates ex praedictis genere sunt a pro-

prietate hypotheseon in illis. Unde *λόγου* et *ἀναλογίας* frequentior explicatio perspicitur. Ceterum nihil cum suspicionem removeat, iniecta semel Platonis sententiae de problemate Deliaco notitia, eiusdem etiam demonstrationem, obiter licet, indicatam fuisse, ab errore non satis sibi cavit Reimerus de duplicat. cubi p. 44, Eratostheni illam ignoratam contendens. Praeterea Harmonica, Felli commentum, possis aliquatenus concedere; verum Arithmeticam propter *Κόσκινον* proponere, quod ab eodem factum videas, ea non mediocris est stultitia. Cuius iudicii si documentum quaeris, unum dabo Eratosthenis nomen.

Sed locus qui de intervallo et ratione certiores facit afferendus est:

III. Porphyrius ad Ptolemaei Harmonica in Wallisii opp. t. III. p. 267. *Βεβαιοῖ δὲ καὶ τὸ προκείμενον καὶ Παναίτιος, ἀποδείξας ὅτι καὶ αὐτὸς Ἐρατοσθένης κατεχρήσατό που τῷ διαστήματι ἀντὶ τοῦ λόγου.* Ubi de musica disputatur. Theonis loca subsequantur:

IV. Theo p. 129. *Ἐρατοσθένης φησὶν, ὅτι ἀναλογίας φύσις καὶ ἀρχὴ λόγος ἐστὶ καὶ πρώτη ἀρχὴ καὶ τῆς γενέσεως αἰτία, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ ἀτάκτοις γενομένοις. ἀναλογία μὲν γὰρ πᾶσα ἐκ λόγων, λόγου δ' ἀρχὴ τὸ ἴσον.*

V. Idem p. 173. *Ἐρατοσθένης δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι καὶ τὰ σχήματα πάντα ἔκ τινων ἀναλογιῶν συνέστηκεν ἀρχομένων τῆς συστάσεως ἀπὸ ἰσότητος, καὶ ἀναλυομένων εἰς ἰσότητα.*

VI. Idem p. 168. *ὁ δὲ Ἐρατοσθένης φησίν, ὅτι πᾶς μὲν λόγος ἢ κατὰ διάστημα, ἢ κατὰ τοὺς ὅρους αὔξεται, τῇ δὲ ἰσότητι συμβέβηκε διαστήματος μὴ μετέχειν. εὔδηλον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς ὅρους μόνους αὐξηθήσεται. λαβόντες δὴ τρία μεγέθη, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀναλογίαν, κινήσομεν τοὺς ὅρους, καὶ δείξομεν, ὅτι*

πάντα τὰ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐξ ἀναλογίας ποσῶν τινων σύγκειται, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον ἡ τῆς ἀναλογίας φύσις. τὰς δὲ ἀποδείξεις ὁ μὲν Ἐρατοσθένης φησὶ παραλείψειν. Hinc efficitur, superiora ita refingenda esse: *πᾶς μὲν λόγος ἢ καὶ διάστημα κατὰ τοὺς ὅρους αὔξεται.* Illud Eratosthenis placitum sua quadam via refutatum ivit Proclus in Euclid. Elem. p. 13, his praefixis: *καὶ μὴν καὶ τὸν σύνδεσμον τῶν μαθημάτων οὐ τὴν ἀναλογίαν, ὥςπερ Ἐρατοσθένης οἴεται, θετέον.*

Praeterea Fabricius IV. p. 121. laudat Philoponum et Asclepium ad Nicomachi Arithmetica; utrumque vellem accuratius designasset.

Suam et aliorum de musica doctrinam illum exposuisse, duo edocent fragmenta:

VII. Nicomachi enchiridii harmon. I. p. 79. ed. Meursii: *καὶ προςεκθησόμεθα τὴν τοῦ Πυθαγορικοῦ λεγομένου κανόνος κατατομὴν ἀκριβῶς κατὰ τὸ βούλημα τοῦδε τοῦ διδασκάλου συντετελεσμένην, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν.* Eratosthenis sententiam iste omisit.

VIII. Ptolemaei Harmon. II, 14. p. 167. *Παρεγράψαμεν δὲ κανόνια τρία, στίχων μὲν ἕκαστον ὀκτώ, σελιδίων δὲ τὸ μὲν πρῶτον πέντε, τὸ δὲ δεύτερον ὀκτώ, τὸ δὲ τρίτον δέκα· τοῖς προτεταγμένοις πάντων σελιδίοις παρατιθεμένης τῆς τάξεως τῶν φθόγγων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον κανόνιον περιέχει τὰ ἐναρμόνια γένη· ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου σελιδίου, τὸ κατὰ Ἀρχύταν —. ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τὸ κατὰ Ἀριστόξενον —. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, τὸ κατὰ Ἐρατοσθένην, ἐν λόγοις τῷ τῶν ιε πρὸς ιθ, καὶ ἐπιτριακοστογδόῳ, καὶ ἐπιτριακοστεννάτῳ.* Lacuna deinde multa abstulit.

p. 170. *Κανόνιον α΄. Ἐρατοσθένους ἁρμονικά.*

α	ξ
β	ος
γ	οη
δ	π
ε	ϟ
ϛ	ριδ
ζ	ριζ
η	ρκ

$\frac{19}{15} \times \frac{39}{38} \times \frac{40}{39} = \frac{4}{3}$

p. 171. *Κανόνιον β'. Ἐρατοσθένους χρωματικά.*

α	ξ
β	οβ
γ	ος
δ	π
ε	ϟ
ϛ	ρη
ζ	ριδ
η	ρκ

$\frac{6}{5} \times \frac{19}{18} \times \frac{20}{19} = \frac{4}{3}$

p. 172. *Κανόνιον γ'. Ἐρατοσθένους διατονικά.*

α	ξ	
β	ξζ	
γ	οε´	νϛ
δ	π	
ε	ϟ	
ϛ	ρβα	ιε
ζ	ριγ	νδ
η	ρκ	

$\frac{9}{8} \times \frac{9}{8} \times \frac{256}{243} = \frac{4}{3}.$

Haec Fellus repetiit p. 47. Librum de canone Pythagorae ex Nicomacho et Ptolemaeo Galeus exsculpsit. Proclus a Fabricio post Fellum simpliciter designatus nihil praebuit. Ceterum librum *περὶ μουσικῆς* cum

commentariis de antiqua Comoedia unicum opus complexum fuisse statuit Harlesius ad Fabricii B. Gr. IV. p. 124. Neque vero *περὶ μουσικῆς* scripsit Eratosthenes, praecedentia enim cum doctrina de ratione et intervallo congruunt, neque analogia ab aliorum auctorum exemplis desumpta eiusmodi opinionem confirmat. Dicaearchum quidem legimus et Didascalias et Musicam pertractasse, eiusdem operis ambitu eum studia sua confecisse non comperimus.

Superioribus proxime accedit explicatio de genere geometrico excerpta:

IX. Sextus Empiricus adv. Mathem. III, 28. *ἀλλ' εἰώθασι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχειρήσεις ὑπαντῶντες οἱ περὶ τὸν Ἐρατοσθένη λέγειν, ὅτι τὸ σημεῖον οὔτε ἐπιλαμβάνει τινὰ τόπον, οὔτε καταμετρεῖ τὸ διάστημα τῆς γραμμῆς, ῥυὲν δὲ ποιεῖ τὴν γραμμήν. ὅπερ ἐστὶν ἀδιανόητον.* Immo verissimum etiam novissima philosophia admisit. Simillimam rationem Pythagoricis quibusdam non nominatis idem tribuit Sextus adv. Math. X, 281 sqq.

Tandem arithmeticum inventum, *Κόσκινον*, fragmentorum, quae fundamenta omnis mathematici campi exposuerunt, seriem claudat.

X. Nicomachus Arithmet. p. 17. Wechel. — *οἷον ὁ $\overline{\vartheta}$ πρὸς τὸν κε· ἑκάτερος γὰρ καθ' ἑαυτὸν δεύτερός ἐστι καὶ σύνθετος· πρὸς δὲ ἀλλήλους μόνῃ μονάδι κοινῷ μέτρῳ χρῶνται· καὶ οὐδὲν μόριον ὁμωνυμεῖ ἐν ἀμφοτέροις, ἀλλὰ τὸ ἐν τούτῳ τρίτον οὐκ ἔστιν ἐν ἐκείνῳ· οὐδὲ τὸ ἐν ἐκείνῳ πέμπτον ἐν τούτῳ εὑρίσκεται. ἡ δὲ τούτων γένεσις ὑπὸ Ἐρατοσθένους καλεῖται Κόσκινον, ἐπειδὴ ἀναπεφυρμένους τοὺς περισσοὺς λαβόντες καὶ ἀδιακρίτους, ἐξ αὐτῶν τῇ τῆς γενέσεως μεθόδῳ ταύτῃ διαχωρίζομεν, ὡς δι' ὀργάνου ἢ κοσκίνου τινός· καὶ ἰδίᾳ μὲν τοὺς πρώτους καὶ ἀσυνθέτους, ἰδίᾳ δὲ τοὺς δευτέρους καὶ συνθέτους, χωρὶς δὲ τοὺς μικτοὺς εὑρίσκο-*

μεν. Iste Nicomachi locus a Fello repetitus p. 41. cum prolixior sit, neque ipsam Eratosthenis methodum tradat, aptius videtur Boethius eius vices mutare Arithmet. I, 17. Generatio autem ipsorum atque ortus huiusmodi investigatione colligitur, quam scilicet Eratosthenes cribrum nominabat, quod cunctis imparibus in medio collocatis per eam quam tradituri sumus artem, qui primi, quive secundi, quique tertii generis videantur esse, distinguitur. Disponantur enim a ternario numero cuncti in ordinem impares, in quamlibet longissimam porrectionem, 3, 5, 7, 9, 11, 13, 15, 17, 19, 21, 23, 25, 27, 29, 31, 33, 35, 37, 39, 41, 43, 45, 47, 49. His igitur ita dispositis considerandum, primus numerus quem eorum qui sunt in ordine positi primum metiri possit, sed duobus praeteritis illum qui post eos est positus mox metitur. Et si post eundem ipsum quem mensus est alii duo transmissi sunt, illum qui post duos est rursus metitur. Et eodem modo si duos quis reliquerit, post eos qui est, a primo numero metiendus est. Eodemque modo relictis semper duobus, a primo in infinitum pergentes metientur. Neque haec ultima ratio, neque Nicomachi explicatio vocis *Κόσκινον* verum attingit: perspicuum contra est, cum primigenii numeri ita eruerentur, ut eorum quadrata progressionem facerent, recensione seriei quasi cribri vices praestante, debuisse verbi caussa tertium, quintum, septimum, nonum quemque numerum, posito quadrato, secerni. Cf. Kluegel. mathemat. lexic. T. II. p. 130.

Lacera venustissimi corporis membra quodammodo mentem et severam et perspicacem, qua vir ille admirabilis universas mathesis disciplinas contineret, hodieque significant; incorruptum sollertiae et ingenii monumentum, explicatio celebratissimi Deliorum problematis, clarius testatur et consignat.

IV. DE CUBI DUPLICATIONE.

Sententiam Eratosthenis integram de eo argumento, superiori de proportione disputationi aptissimo, Eutocio ad Archimedis sphaeram et cylindrum p. 21. 22. ed. Basil. 1544. acceptam referimus, unde Fellus repetiit p. 33 — 35. Principio propositi illius admonendum videtur, non geometriae, sed mechanicae demonstratione, ipso coarguente, administrati: unde vana Nicomedis reprehensio apud eundem Eutocium p. 22. conciditur: πολλὰ δὲ τοῖς Ἐρατοσθένους (φαίνεται) ἐπεγγελῶν εὑρήμασιν, ὡς ἀμηχάνοις τε ἅμα καὶ γεωμετρικῆς ἐξέσεως (Reimer. p. 140. ἕξεως affert; nisi subest quid vitii, legendum ἐξετάσεως.) ἐστερημένοις. Eandem iniit viam Sturmius in Germanica Archimedis versione, ubi inde a p. 102. variorum problematis enodationes proposuit. Deinde etiam caussam huius Epistolae, neque subtiliter, neque ulla ex parte probabiliter excogitatam, Reimerus qui de cubi duplicatione librum conscripsit p. 132 sq. sibi invenit, quem petat, cui videatur. Idem cum Eratosthenis methodum satis exposuerit, nihil de ea re amplius disseram. Neque vero silentio illius error premendus est p. 18 sqq., qui quae ex Euripidis dramate de iusso Minois proferuntur, re vera fabulosam problematis originem adumbrare crediderit, quam opinionem etiam Heynius obss. ad Apollodor. p. 222. repetiit. At observare vix opus

est, ex Tragici fictione nihil de eius veritate posse iudicari; quod si Euripides a mathematicis abhorrens tale memoravit argumentum, Delii famosum istud oraculum paullo ante accepisse, deinceps ad Platonem sese convertisse putandi sunt.

*Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ Ἐρατοσθένης χαίρειν. Τῶν ἀρχαίων τινὰ τῶν τραγῳδοποιῶν φασιν *) εἰςαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δέ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν **).*

Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
διπλάσιος ἔστω, τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

** * * διπλασιάζων ἕκαστον κῶλον ἐν πάχει τάφου, ἐδόκει διημαρτηκέναι· τῶν γὰρ πλευρῶν διπλασιασθεισῶν, τὸ μὲν ἐπίπεδον γίνεται τετραπλάσιον, τὸ δὲ στερεὸν ὀκταπλάσιον. ἐζητεῖτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς γεωμέτραις, τίνα ἄν τις τρόπον τὸ δοθὲν στερεὸν διαμένον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι διπλασιάσειεν· καὶ ἐκαλεῖτο τὸ τοιοῦτον πρόβλημα, κύβου διπλασιασμός. ὑποθέμενοι γὰρ κύβον, ἐζήτουν τοῦτον διπλασιάσαι. Πάντων δὲ διαπορούντων ἐπὶ πολὺν χρόνον, πρῶτον Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ἐπενόησεν, ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ δύο εὐθειῶν γραμμῶν, ὧν*

ἡ

*) Admirare Eratosthenis elegantiam, qui regem, quantumvis eruditum, affatus de Euripidis fabula sibi cognitissima, quasi obscura eius fama increbuisset, sermonem explicuerit: Polyido enim utebatur, exordium minus impeditum nacturus, ut quo celebritatem quaestionis, scriptorem dum initiis mathematicis exclusum statim afferebat, nobilitaret; non enim alioquin Hippocratem postposuisset. Ceterum *τῶν ἀρχαίων τινὰ τῶν τραγῳδοποιῶν* ad observata p. 55. non exigendum, sed ab homine Alexandrino de Graecis olim liberis dictum, ut Latinorum Grammatici Ciceronis saeculum designant appellatione antiquorum. Valckenarius posteriorem omisit articulum.

**) Restituit Valckenarius Diatriba p. 203. edebatur *βασιλεικοῦ διπλάσιόν. τοῦ δὲ τοῦ κύβου.* Non immerito Loënsis in sequentibus offendit; est autem lacuna significanda, demonstrante et asyndeto, et vero tragoediae indole, quae pessima foret, istiusmodi si mathematicorum studia inutili prolixaque enarrata essent memoria. Accedit, ut *διπλασιάζων* Minoi, sensu adversante, tribui nequiverit.

ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονός ἐστι διπλασία, δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, διπλασιασθήσεται ὁ κύβος, ὥςτε τὸ ἀπόρημα αὐτοῦ (f. αὐτῷ) εἰς ἕτερον οὐκ ἔλασσον ἀπόρημα κατέστρεφεν. μετὰ χρόνον δέ τινά φασιν Δηλίους, ἐπιβαλομένης νόσου, κατὰ χρησμὸν διπλασιάσαι τινὰ τῶν βωμῶν ἐπιταχθέντας, ἐμπεσεῖν εἰς τὸ αὐτὸ ἀπόρημα. διαπεμψαμένους *) δέ, τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημίᾳ γεωμέτρας, ἀξιοῦν αὐτοῖς εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. τῶν δὲ φιλοπόνως ἐπιδιδόντων ἑαυτοῖς (l. αὐτοῖς), καὶ ζητούντων, δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Ἀρχύτας μὲν ὁ Ταραντῖνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι, Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν. συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς γεγραφέναι· χειρουργῆσαι δὲ καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μὴ δύνασθαι, πλὴν ἐπὶ βραχύ τι τοῦ Μεναίχμου, καὶ ταῦτα δυςχερῶς. ἐπινενόηται δέ τις ὑφ' ἡμῶν ὀργανικὴ ῥαδία, δι' ἧς εὑρήσομεν, δύο τῶν δοθεισῶν, οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ' ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ. τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον σχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν, καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντας τὴν ὁμοιότητα, ὥςτε καὶ βωμοὺς καὶ ναούς, δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα καὶ ξηρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν μεδίμνων, εἰς κύβον καθιστάναι, καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα, πόσον χωρεῖ. χρήσιμον δὲ ἔσται τὸ ἐπινόημα καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπαύξειν καταπελτικὰ καὶ λιθοβόλα ὄργανα. δεῖ γὰρ ἀνάλογον ἅπαντα αὐξηθῆναι, καὶ τὰ πάχη, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὰς κατατρήσεις, καὶ τὰς χοινικίδας, καὶ τὰ ἐμβαλ-

---

*) Vulgato quamcunque ei vocabulo insitam vim indideris, tolerari non poterit; πρός autem articulo praefigere conabatur, magis etiam soloece, Fellus. Non dubius repono: διοπομπησομένους s. ἀποδιοπ., pestem vel piaculum averruncaturos.

λόμενα νεῦρα, εἰ μένει καὶ ἡ βουλὴ ἀνάλογον (p. 34. F.) ἐπαυξηθῆναι. ταῦτα δὲ οὐ δυνατὰ γενέσθαι ἄνευ τῆς τῶν μέσων εὑρέσεως. τὴν δὲ ἀπόδειξιν καὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ λεχθέντος ὀργάνου ὑπογέγραφά σοι.

Δεδόσθωσαν δύο ἄνισοι εὐθεῖαι, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, αἱ αέ. δθ'. καὶ κείσθω ἐπί τινος εὐθείας τῆς εθ' πρὸς ὀρθὰς ἡ αέ. καὶ ἐπὶ τῆς εθ'. τρία συνεστάτω παραλληλόγραμμα ἐφεξῆς, τὰ αζ'. ζί. ιθ'. καὶ ἤχθωσαν διάμετροι ἐν αὐτοῖς αἱ αζ. λή. ιθ'. ἔσονται δὲ αὗται παράλληλοι, μένοντος δὲ τοῦ μέσου παραλληλογράμμου τοῦ ζί., συνωθήτω (-σθήτω) τὸ μὲν αζ'. ἐπάνω τοῦ μέσου, τὸ δὲ ιθ'. ὑποκάτω, καθάπερ ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος, ἕως οὗ γένηται τὰ αβγδ'. κατ' εὐθεῖαν. καὶ διήχθω διὰ τῶν ά. β'. γ'. δ'. σημείων εὐθεῖα. καὶ συμπιπτέτω τῇ εθ'. ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ κ'. ἔσται δὲ ὡς ἡ ακ'. πρὸς κβ'. ἐν μὲν ταῖς αέ. ζβ'. παραλλήλοις ἡ εκ'. πρὸς κζ. ἐν δὲ ταῖς αζ'. βή. παραλλήλοις ἡ ζκ'. πρὸς κή. ὡς ἄρα ἡ ακ'. πρὸς κβ'. ἡ εκ'. πρὸς κζ'. καὶ ἡ κζ'. πρὸς κή. πάλιν ἐπεὶ ἔστιν, ὡς ἡ βκ'. πρὸς κγ'. ἐν μὲν ταῖς βζ'. γή. παραλλήλοις ἡ ζκ'. πρὸς κή. ἐν δὲ ταῖς βή. γθ'. παραλλήλοις ἡ ηκ'. πρὸς κθ'. ὡς ἄρα ἡ βκ'. πρὸς κγ'. ἡ ζκ'. πρὸς κή. καὶ ἡ ηκ' πρὸς κθ'. ἀλλ' ὡς ἡ ζκ'. πρὸς κή. ἡ εκ'. πρὸς κζ'. καὶ ὡς ἄρα ἡ εκ'. πρὸς κζ'. ἡ ζκ'. πρὸς κή. καὶ ἡ ηκ'. πρὸς κθ'. ἀλλ' ὡς ἡ εκ'. πρὸς κζ'. ἡ αέ. πρὸς βζ'. ὡς δὲ ἡ ζκ'. πρὸς κή. ἡ βζ'. πρὸς γή. ὡς δὲ ἡ ηκ'. πρὸς κθ'. ἡ γή. πρὸς δθ'. καὶ ὡς ἄρα ἡ αέ. πρὸς βζ'. ἡ βζ'. πρὸς γή. καὶ ἡ γή. πρὸς δθ'. ηὕρηνται ἄρα τῶν αέ. δθ'. δύο μέσαι, ἥ τε βζ'. καὶ ἡ γή.

Ταῦτα οὖν ἐπὶ τῶν γεωμετρουμένων ἐπιφανειῶν ἀποδέδεικται. ἵνα δὲ καὶ ὀργανικῶς δυνώμεθα τὰς δύο μέσας λαμβάνειν, διαπήγνυται πλινθίον ξύλινον ἢ ἐλεφάντινον ἢ χαλκοῦν, ἔχον τρεῖς πινακίσκους ἴσους ὡς λεπτοτάτους· ὧν ὁ μὲν μέσος ἐνήρμοσται, οἱ δὲ δύο

ἐπωστοί εἰσιν ἐν χολέδραις, τοῖς δὲ μεγέθεσι καὶ ταῖς συμμετρίαις ὡς ἕκαστοι ἑαυτοὺς πείθουσι (?). τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀποδείξεως ὡσαύτως συντελεῖται. πρὸς δὲ τὸ ἀκριβέστερον λαμβάνεσθαι τὰς γραμμάς, φιλοτεχνητέον, ἵνα ἐν τῷ συνάγεσθαι τοὺς πινακίσκους παράλληλα διαμένῃ πάντα καὶ ἄσχαστα, καὶ ὁμαλῶς συναπτόμενα ἀλλήλοις. ἐν δὲ τῷ ἀναθήματι τὸ μὲν ὀργανικὸν χαλκοῦν ἐστι, καὶ καθήρμοσται ὑπ' αὐτὴν τὴν στεφάνην τῆς στήλης προσμεμολυβδοχημένων (-χοημένων?), [p. 35. F.] ὑπ' αὐτοῦ δὲ ἡ ἀπόδειξις συντομώτερον φραζομένη καὶ τὸ σχῆμα, μετ' αὐτὸ (l. μετὰ τοῦτο) δὲ ἐπίγραμμα. Ὑπογεγράφθω οὖν σοι καὶ ταῦτα, ἵνα ἔχοις (ἔχῃς) καὶ ὡς ἐν τῷ ἀναθήματι *). τῶν δὲ δύο σχημάτων τὸ δεύτερον γέγραπται ἐν τῇ στήλῃ.

Δύο τῶν δοθεισῶν εὐθειῶν, δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. δεδόσθωσαν αἱ αέ. δθ'. συνάγω δὲ τοὺς ἐν τῷ ὀργάνῳ πίνακας, ἕως ἂν κατ' εὐθεῖαν γένηται τὰ ά. β'. γ'. δ'. σημεῖα. νοείσθω δὴ ὡς ἔχει (vulgo ἔχῃ) ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ακ'. πρὸς κβ'. ἐν μὲν ταῖς αέ. βζ'. παραλλήλοις ἡ εκ'. πρὸς κζ. ἐν δὲ ταῖς αζ. βή. ἡ ζκ'. πρὸς κή. ὡς ἄρα ἡ εκ'. πρὸς κζ'. ἡ κζ. πρὸς κή. ὡς δὲ αὗται πρὸς ἀλλήλας, ἥ τε αέ. πρὸς βζ. καὶ ἡ βζ'. πρὸς γή. ὡσαύτως δὲ δείξομεν, ὅτι καὶ ὡς ἡ ζβ'. πρὸς γή. ἡ γή. πρὸς δθ'. ἀνάλογον ἄρα αἱ αέ. βζ. γή. δθ'. ηὕρηνται ἄρα, δύο τῶν δοθεισῶν, δύο μέσαι. ἐὰν δὲ αἱ δοθεῖσαι μὴ ἴσαι ὦσι ταῖς αέ. δθ'. ποιήσαντες αὐταῖς ἀνάλογον τὰς αέ. δθ'. τούτων ληψόμεθα τὰς μέσας, καὶ ἐπανοίσομεν ἐπ' ἐκείνας, καὶ ἐσόμεθα πεποιηκότες τὸ ἐπιταχθέν. ἐὰν δὲ πλείους μέσας ἐπιταχθῇ εὑρεῖν, ἔτι πλείους πινα-

*) Advertas velim ellipsis elegantiam, optimi cuiusque auctoris usu comprobatam; cuius universus quantum innotuit ambitus alibi proponetur explicitus. Interim compara Aeschyli Prometh. 875. ὅπως δὲ χὤπῃ, ταῦτα δεῖ μακροῦ χρόνου εἰπεῖν. 915. ἐγὼ τάδ' οἶδα χᾧ τρόπῳ.

κίσκους καταστησόμεθα ἐν τῷ ὀργάνῳ τῶν ληφθησομένων μέσων. ἡ δὲ ἀπόδειξις ἡ αὐτή.

Ἐ π ί γ ρ α μ μ α.

Εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλήσιον, ὦγαθέ, τεύχειν
φράζεαι, τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν
εὖ μεταμορφῶσαι, τόδε τοι πάρα, κἂν σύγε μάνδρην,
ἢ σιρόν, ἢ κοίλου φρείατος εὐρὺ κύτος,
τῇδ' ἀναμετρήσαιο, μέσας ὅτε τέρμασιν ἄκροις
συνδρομάδας δισσῶν ἐντὸς ἕλῃς κανόνων.
Μηδὲ σύγ' Ἀρχύτεω δυσμήχανα ἔργα κυλίνδρων,
μηδὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας
δίζηαι, μηδ' εἴ τι θεουδέος Εὐδόξοιο
καμπύλον ἐν γραμμαῖς εἶδος ἀναγράφεται.
Τοῖσδε δέ γ' ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχοις,
ῥεῖά κεν ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος.
Εὐαιών, Πτολεμαῖε, πατήρ, ὅτι παιδὶ σὺν ἡβῶν
πάνθ' ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα
αὐτὸς ἐδωρήσω· τὸ δ' ἐς ὕστερον, οὐράνιε Ζεῦ,
καὶ σκήπτρων ἐκ σῆς ἀντιάσειε χερός.
Καὶ τὰ μὲν ὣς τελέοιτο, λέγοι δέ τις ἄνθεμα λεύσσων
τοῦ Κυρηναίου τοῦτ' Ἐρατοσθένεος.

Epigramma Brunckius Analectis T. I. p. 478. inseruit, repetiit Reimerus cum versione Latina et commentario, quem omisisse satius erat. Complura etiam Jacobs. ad Antholog. Vol. I. P. 2. p. 315 sqq. proposuit.

1. *ἐξ ὀλίγου*, brevi tempore, Reimerus: quod *δι' ὀλίγου* dicendum fuerat. Atqui versu 12. *ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος* extat. *Διπλήσιον* recte ex cod. Florentino Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 527. restituit.

2. Mirum illud *φράζεαι*, cum poetae *φράζῃ* esset in promptu. At ne *τήν* quidem plane otiosum tolerari potest. Jacobsio p. 316. *ἤ* rescribendum videbatur, vereor ne falsa sententia. Quod enim Reimerus ait, verba *τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν εὖ μεταμορφῶσαι*

immutationem designare in solidam figuram alius formae, eiusdem magnitudinis, prout Archimedes expediverat, nixus ipsis Eratostheneis, *τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον σχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν, καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντας τὴν ὁμοιότητα:* quis non videt, diligentius inspecta, ipsa verborum copia innuente, unice ad Nostri demonstrationem et explicandam et ad finem perducendam valere? Cubi quidem duplicatione alium in alium paremque cubum transformari, quod illa edocere dicuntur, nusquam repperimus narratum. Certe *ἢ ἐξ ἑτέρου* genuinis *καὶ ἐξ ἑτέρου* cedere debebant. Non igitur aliud quam cubos ex proportione multiplicatos assequi voluerat Eratosthenes; neque exempla illa ex vita communi arrepta diversae commonefaciunt opinionis. Etiam in Valckenarii, qui Diatriba p. 218. ob vocem *σιρόν* quattuor exordii versus exscripserat, suspicionem pentameter incidisse videtur, ut cuius notatio depravationem commonstrans praeter consuetudinem inveniatur nulla. Quamvis indubia non succurrat medela, adiecto tamen *πᾶσαν* conditionem superioris quaestionis perspicue liquet indicari, ne quis ridiculam Deliorum viam ineat, cubum cubo imponentium.

3. Vulgatum *τὸ δὲ* recentiores correxerunt.

4. *σιρόν* pro *σεῖρον* Fellus.

5. *τῇδ'*, hac ratione, *ἀπόδειξιν* adscriptam significare apparet. Sensus huius et sequentis versus Reimerum satis exercuit, qui, mathematica professus, non exputo quomodo talem effundere sustinuerit explicationem: si sumpseris intra duas regulas medias c o n c u r r e n t e s in extremis terminis, i. e. punctis, quae quidem puncta ipso exponente, tantummodo coniungantur media continue proportionali. Verum enimvero quantulum erat perspexisse, *συνδρομάδας* metri quadam necessitate pro

παραλλήλους adscitum fuisse, facillimum praestans sensum: cum intra duas regulas (*αμ΄. εϑ΄.* R.) inveneris medias proportionales (*βζ. ηγ΄.*), parallelas extremis parallelogrammi finibus (*αέ. μϑ΄.*).

8. *Μεναιχμειους* ex Proclo, ut initio epistolae *Μεναίχμου*, pro *Μενέχμου — μειους* necessario rescribendum erat. Procli locus hic est in Euclidis Element. II. p. 31. Basil. *ἐπινοεῖσθαι δὲ ταύτας τὰς τομὰς τὰς μὲν ὑπὸ Μεναίχμου τὰς κωνικάς, ὃ καὶ Ἐρατοσθένης ἱστορῶν λέγει· μηδὲ Μεναιχμίους κωνοτομεῖν τριάδας, τὰς δὲ ὑπὸ Περσέως.* Denuo excitat ad Plat. Timaeum p. 149. *πῶς μὲν οὖν δύο δοθεισῶν εὐθειῶν δυνατὸν δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν, ἡμεῖς ἐπὶ τέλει τῆς πραγματείας, εὑρόντες τὴν Ἀρχύτειον δεῖξιν, ἀναγράψομεν, ταύτην ἐκλεξάμενοι μᾶλλον, ἢ τὴν Μεναίχμου, διότι ταῖς κωνικαῖς ἐκεῖνος χρῆται γραμμαῖς· καὶ τὴν Ἐρατοσθένους ὡςαύτως, διότι κανόνος χρῆται παραθέσει.* Socordiam plane incredibilem, qua Fellus, geometra, priorem locum ad opus de conicis sectionibus rettulerat, recte notavit Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 124. Aliud hic restat persequendum, qua tandem norma eiusmodi structura administretur: *μηδὲ — ἔργα κυλίνδρων, μηδὲ Μ. κωνοτομεῖν τριάδας δίζηαι, μηδ' εἴ τι — καμπύλον εἶδος ἀναγράφεται.* Scio grammaticos adamatum suum zeugma cantaturos esse, neque vero ullam vel audacissimam in dicendo licentiam sine ratione inferri videntur mihi allegaturi. Iam cum verbo *κωνοτομεῖν*, quod reliquis conveniat sententiis, non queat erui, difficultatem immutato *κωνοτομῶν* auferre expeditissimum fuerit: proinde *δίζηαι* ad universa pertinebit.

9. Iam ne haec *δίζηαι* conformatio soloecismum redolere videatur, post *μή* adhibita, ipsum fuisse Ionum indicativum, teste Etymol. M. p. 621, 37, comparato *ὄρηαι* (non *ὀρῆαι*), observandum est. Omnia

igitur hoc sibi volunt: si in eo eris, ut cubum duplices, haecce explicatio prostabit; unde neque Archytae, opinor, neque ceterorum conatus requirantur.

10. Notanda locutio *καμπύλον ἐν γραμμαῖς* (sic Brunckius pro *ἐγγραμμαῖς*) *εἶδος*, raro, sed tamen genuino *ἐν* praepositionis usu. Eurip. Med. 206. *τὸν ἐν λέχει προδόταν.* Athenaeus VI. p. 226. C. *πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ κακίστους τὴν σύγκρισιν αὐτῶν ποιούμενος.* Numenius ibid. VII. p. 282. A. et alibi:

φυκίδας, ἀλφηστήν τε, καὶ ἐν χροιῇσιν ἐρυθρὸν σκορπίον.

Distat lectio vulgata Mercur. fragm. VI. *χρύσειον ἐν ὀφρύσιν.* Hinc Lucianus D. D. VII, 1. *τοῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερόν ἐστιν, ὅσον ἐν τῇ πανουργίᾳ·* contra infelicem Hemsterhusii suspicionem defendendus.

11. Olim legebatur *τοῖςδε δὲ ἐν.* Fellus *τοῖςδε σὺ ἐν.* Reimer. *τοῖςδε δέ τ' ἐν.* Unum *γ'* exciderat.

12. Reimerus commate post *κέν* distinxit, quo particula male collocaretur. *ἄν* cum participio saepius coniungitur, obstrepentibus plerumque criticis. Veluti Aeschyli Agamemn. 1046. *ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων,* Hermannus turbavit, immemor Suppl. 274. eiusdem poetae: *ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια.* In Sophoclis Oed. Col. 965. *τάχ' ἂν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι,* non fuit recte explicitum. Sensus est: si simplici via ab exilibus initiis ordiare.

13. Vulgatum *εὖ αἰών* sustulit Valckenarius p. 285. idemque pristinum *συνη ων* reiecit, *συνηβῶν* emendans, accedentibus manuscriptis, utrobique editoribus secutis. Fellus pulcherrimum *συνήδων* effinxerat. At Ptolemaeus non aptissime cum filio viribus, impari collatione, vigere perhiberetur, multoque minus conversio ad Iovem filio regis nobilitando, de quo levis esset mentio iniecta, statui posset. Quod si *συνηβῶν* seiungitur, et Ptolemaeus et filius egregia patrare dicuntur, unde

nihil prohibebit, sententiam insequentem posteriori statim consecrare. Hoc enim dicit Eratosthenes: Felix tibi, Ptolemaee, contigit aevum, ut qui valetudine adhuc integra, quaecumque et Musis et regibus exoptata sint, una cum filio praestes, cui olim tu, Iuppiter, regnum concedas.

17. Quotquot hoc argumentum attigerunt, hocce ἄνθεμα, instrumentum praecipue, in templo dedicatum, praeeunte G. I. Vossio de natura artium p. 63. b., interpretabantur. Sine dubio unicum eius notitiae fontem illa Eratosthenis exhibent: ἐν δὲ τῷ ἀναθήματι τὸ μὲν ὀργανικὸν et quae sequuntur. At quaerere licet, quatenus, cum antea de donario nondum esset dictum, τὸ ἀνάθημα confestim significarit, et, in quo caput rei versatur, illa Ptolemaei commemoratio praeter omnium exspectationem fuerit inserta. Quae nonnisi carmine ad ipsum transmisso Ptolemaeum, ita ut regiae genti et inventa, et descriptio, Eratosthenis memoriam servatura essent perennem, veram suam vim ac significatum potuit manifestare. Neque ei explicationi στήλη adversatur, ut corrupto in loco posita, ne per se quidem grave praebens argumentum, neque magis descriptio tum demonstrationis, tum epigrammatis, quidquam impedit, ut quae historiam quasi problematis solvendi redintegraret atque ad umbilicum eveheret.

Iam huius Ptolemaeorum ἀναθήματος flos erat mesolabum, descriptum a Vitruvio IX, 3. et Pappo mathematicae collectionis ex versione F. Commandini l. III. p. 7. Ita Vitruvius: Transferatur mens ad Archytae Tarentini et Eratosthenis Cyrenaei cogitata; hi enim multa et grata a mathematicis rebus hominibus invenerunt. Itaque cum in ceteris inventionibus fuerint grati, in eius rei concertationibus maxime sunt suspecti. Alius enim alia ratione explicare curavit, quod Delo imperaverat responsis Apollo, uti arae eius quantum ha-

beret pedum quadratorum, id duplicaretur, et ita fore, ut hi qui essent in ea insula tunc religione liberarentur. Itaque Archytas hemicylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica mesolabi ratione idem explicaverunt. Pappus autem, qui p. 8. demonstrationem Eratosthenis exhibuit: Cum igitur tales sint problematum differentiae, antiqui geometrae problema ante dictum (lineare) in duabus rectis lineis, quod natura solidum est, geometrica ratione innixi construere non potuerunt, quoniam neque coni sectiones facile est in plano designare. Instrumentis autem ipsum in operationem manualem, et commodam aptamque constructionem mirabiliter traduxerunt, quod videre licet in eorum voluminibus, quae circumferuntur, ut in Eratosthenis mesolabo.

Praeterea afferebatur Eratosthenis commentarius in Arati Phaenomena, etiam Hipparcho tributus, qui in Petavii Uranologio inde a p. 256 extat. Vidit iam Petavius neutri convenire, confirmavitque hisce Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 120. „Petaviani iudicii ratio reddi facile potest. Nam Hipparchus ipse nomine tenus in eo citatur, et praeterea mentio fit Iulii mensis, quod nomen diu demum post mortuum Eratosthenem Romae est auditum. Occurrit et vox barbara *ἀλεκτροπόδιον*, quo Orionem appellarunt recentiores Graeci."

APPENDIX.

V. OPERA PHILOSOPHICA.

Si quis illud considerarit, eorum philosophorum, quorum opera ad posteritatem integra non pervenerint, laceras plerumque, et si fuerit occasio vehementer absurdas extare notitias, minime omnium Eratosthenis sortem mirabitur, ut cuius placitorum, viri scilicet neque unice philosophati, neque sectae conditoris, fragmenta admodum tenuia ad nos redundent. Unde nemo facile systema omnibus suis partibus absolutum hic exhibitum iri exspectabit; sed potius satis superque quaestioni propositae satisfactum fuerit, dummodo non obscure mens illius philosophica perspiciatur. Mentem enim philosophia imbutam Eratostheni suppetiisse, docet tum universa Geographicorum adornatio, tum singulares eaeque luculentissimae operis reliquiae, veluti fr. LV. LVI. Indidem etiam consuetudinis cum philosophorum libris institutae nonnulla possunt indicia repeti, fr. XXXI. ubi Stratonis, fr. LV. ubi Democriti prostat mentio. Sed primo loco huc transferenda sunt Strabonis verba I. p. 15, non minoris momenti, quam quae proxime praecesserunt, initio geographicae disputationis de Polemone excussa; indicata fuerunt ad fr. LXXXVII.

I. — *καίπερ πλείστοις ἐντυχὼν ὡς εἴρηκεν αὐτὸς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ἐγένοντο γάρ, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης, ὡς οὐδέποτε, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ μίαν πόλιν οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. Οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν· Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν. ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα* (optativus verbi hic excidisse videtur) *ἐπ' αὐτὸ τοῦτο· Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων. Ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ὃς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι, τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται, τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας, καὶ ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται, τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον.* Ancheri opinionem haec ad librum Geographicorum primum transferentis supra commemoravi. Eam non modo non Strabonis omnis sententia constabilit, verum etiam falsam coarguunt illa *τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως — τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται, τοὺς δ' — τούτους ἀνθῆσαί φησι.* Ponas licet de vita sua Geographicis, quamquam nisi quis firmissimis corroborarit argumentis, plane ab ingenio antiquitatis abhorrere videbitur, verumtamen Geographicis Nostrum commentatum fuisse: sed vitam nisi ob studia geographica oggerere non potuit; quales autem philosophi sua aetate floruerint, id vero exposuisse mortalium foret longe stultissimi. Praeterea statim sequentibus Strabo de philosophandi ratione ab Eratosthene adhibita sermonem composuit. Deinde priusquam rem ipsam aggrediar, nonnulla ad singula Strabonis animadvertenda sunt. Quod enim editur *οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι,* id nihil aliud hic

quidem significare potest, quam philosophos qui tempore Aristonis et Arcesilai floruerint; periphrasin certe, quales sunt apud Diodorum Siculum, *τῆς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἥττης, ἡ κατὰ τὸν Εὐμένη νίκη*, apud Strabonem, *ἡ κατὰ Πέρσας — κατὰ Εὔξεινον θάλαττα*, huc advocare minime ex re esset factum, cum et Diodorus memorabilem hunc praepositionis usum prae ceteris scriptoribus sibi proprium teneat, et vel eiusmodi exempla nimium ab locutione *ὁ κατὰ Ἀρίστωνα φιλόσοφος* recederent. Multo minus versio Latina verum exprimit: Aristo, Arcesilaus, et qui cum his alii floruere philosophi; quod etiam repugnat menti Eratosthenis. Iam vero quaenam medicina adhiberi debeat, insequentia *Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους*, et *τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον*, perspicue subministrant. Revocandae igitur quae voces ob similitudinem litterarum exciderunt: *οἱ καθ' ἑαυτὸν περὶ Ἀρίστωνα καὶ Ἀ.*, sed periphrasis illa Strabonis est inventum. Deinceps nisi quis ingenium Strabonis philosophia minime subactum haberet compertum, posset qualiscunque verbis *οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι — προσιτέον* dubitatio inhaerere; sed quamvis satis inepta pro genuinis et incorruptis putanda sunt. Ac, ne iniuria Eratosthenes afficiatur, *Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων* non vertenda: multus est in praedicando, sed potius multus est in nominando, crebra apud ipsum mentio incidit. Apposite Aeschylus S. Th. 6. *Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν ὑμνοῖθ'.* Callim. fr. CXV. Apelles fere ignotus est, sine dubio Arcesilai idem familiaris, teste Plutarcho de adulat. et amici discr. p. 67. D. et Athenaeo X. p. 420. D. Bionem autem, hominem facetum atque ingeniosum, sed levissimae philosophiae auctorem, non est cur laudatione satis ambigua ab Eratosthene insignitum fuisse credas. Floribus enim dudum Plato philosophiam exor-

naverat, inque amoenissimam redegerat formam; non igitur primus Borysthenita floribus, sed flosculis orationisque ampullis, quales dicteria apud Diogenem servarunt, genus illud litterarum decorasse dictus ab Nostro est censendus. Idque planissime confirmat, quo Strabo erroris redarguitur, Diogenes Laert. IV, 52. *διὰ δὴ οὖν τὸ παντὶ εἴδει λόγου κεκρᾶσθαί φασι λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν.* Insuper istius discipulum Eratosthenem non fuisse indicat idem Diogenes IV, 53. *παρ' ὃ καὶ οὐδεὶς μαθητὴς αὐτοῦ ἐπιγράφεται, τοσούτων αὐτῷ σχολασάντων.* Quod his submittitur Strabonis iudicium, *ἐν αὐταῖς ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης,* stolidam sectae tralaticiae tenacitatem manifestat, quae in eiusdem magistri verba omnes omnino iurare iubet. Minus etiam ratiocinatio valet a Zenonis consuetudine deprompta; si enim re vera cum Stoicorum principe, quod ob nimiam aevi discrepantiam iure licet addubitare, commercium ille inierat, diem tamen Zeno, Eratosthene admodum iuvene, obiit, quapropter parum ad eius ingenium valuerat. Nihil igitur caussae aderat, cur Cleanthem Chrysippumve afferret, ab Aristone et Arcesilao prae ceteris sibi probatis eruditus. Strabonis argumento iam Casaubonus adversabatur. Quibus tandem semotis, quaeritur, quae illa fuerint Aristonis placita, quae Nostri apprime ferrent assensum: unde necessario repetenda est

Digressio de Aristone Chio.

De quo nonnulli singularibus dissertationibus dudum intermortuis disseruerunt; novissime Tennemannus histor. philos. T. IV. p. 207 sqq. Diuturna Zenonis valetudine permotus a Stoicis ille ad Academicos transiisse, deinde in Cynosarge novae sectae mox evanidae extitisse princeps a Diogene Laert. VII, 161, 162.

perhibetur. Ille fortasse casus defectioni opportunitatem attulerit; ipsam certe caussam in diversitate ingeniorum versatam existimaverim. Idem enim VII, 18. Ἀρίστωνος δὲ τοῦ μαθητοῦ πολλὰ διαλεγομένου οὐκ εὐφυῶς, ἔνια δὲ καὶ προπετῶς καὶ θρασέως· ἀδύνατον, εἶπεν (ὁ Ζήνων), εἰ μή σε ὁ πατὴρ μεθύων ἐγέννησεν, ὅθεν αὐτὸν καὶ λάλον ἀπεκάλει, βραχυλόγος ὤν *). Argutam sane mentem paucis eius demonstrationibus quarum memoria extat perspici licet. Neque enim vir fuit ab morum integritate, neque a philosophiae gravitate atque amplitudine primarius; sed iis animi dotibus instructus, quibus ista indigebant tempora; magna enim persuadendi vi pollebat, unde Sirenis cognomen sibi peperit, atque auditores ad eum confluebant, indicante Diogene VII, 182; ac potentium re ita ferente adulator, qualem sese Persaeo, Antigoni regis familiari, exhibuisse tradit Athenaeus; philosophiaeque suae fundamenta eiusmodi finibus circumscripsit, ut nec vitae, nec meditationi molestiae imponerentur nimiae. Namque repudiatis Zenonis et Megaricorum sententiis virtutem unice appetendam, vitium refugiendum esse docuit, his interiecta pro indifferentibus habenda. Ne hic quidem sui dissimilis fuit Diogenes, qui dicto fortasse Aristonis abusus, sapientem periti histrionis similem declarantis: personam enim sive Thersitae sive Agamemnonis susceptam decenter repraesentare; illo igitur abusus, haec nobis propinat IV, 160. (coll. VI. extr.) τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρός τι μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδὲ ἡντινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἀλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα. Πρός τι utique genuinum esse idem istis opinionem suam satis illustrantibus statim confirmat:

*) Haud scio an Zenonis ingenium, neque asperitatem, neque insignem omnino iracundiam repudiantis, teste Athenaeo II. p. 55. F., dissidium etiam promoverit.

ἀρετάς τε οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν, ὡς ὁ Ζήνων, οὔτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην, ὡς οἱ Μεγαρικοί, ἀλλὰ καὶ τὸ πρός τί πως ἔχειν. Praeter Ciceronem eadem fere Clemens Alex. Strom. II. p. 179. Sed perspicue verum tradit Sextus Empir. adv. Mathem. VII, 12. καὶ Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος οὐ μόνον ὥς φασι παρῃτεῖτο τήν τε φυσικὴν καὶ λογικὴν θεωρίαν, διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ πρὸς κακοῦ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπους τινὰς συμπεριέγραφε, καθάπερ τόν τε παραινετικὸν καὶ τὸν ὑποθετικὸν τόπον· τούτους γὰρ εἰς τίτθας ἂν καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν. ἀρκεῖσθαι δὲ πρὸς τὸ μακαρίως βιῶναι τὸν οἰκειοῦντα μὲν πρὸς ἀρετὴν λόγον, ἀπαλλοτριοῦντα δὲ κακίας, κατατρέχοντα δὲ τῶν μεταξὺ τούτων, περὶ ἃ οἱ πολλοὶ πτοηθέντες κακοδαιμονοῦσιν. Ἀδιάφορα enim secus ac Zeno senserat bonis seiunxit, quod pluribus explicat idem Sextus XI, 64. cuius disputationis initium excitare libet: μὴ εἶναι δὲ προηγμένον ἀδιάφορον τὴν ὑγείαν, καὶ πᾶν τὸ κατ' αὐτὴν παραπλήσιον, ἔφησεν Ἀρίστων ὁ Χῖος. ἴσον γάρ ἐστι τὸ προηγμένον αὐτὴν λέγειν ἀδιάφορον τῷ ἀγαθὸν ἀξιοῦν, καὶ σχεδὸν ὀνόματι μόνον διαφέρον. καθόλου γὰρ τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιάφορα μὴ ἔχειν μηδεμίαν παραλλαγήν· μηδὲ τινὰ μὲν εἶναι φύσει προηγμένα, τινὰ δὲ ἀποπροηγμένα, ἀλλὰ παρὰ τὰς διαφόρους τῶν καιρῶν περιστάσεις. Ista moralis philosophiae capita perexigua Aristo proposuit, dimota et metaphysica et dialectica: quibus rationibus fuerit adductus, audi. Diogenes: τόν τε φυσικὸν τόπον καὶ τὸν λογικὸν ἀνῄρει, λέγων τὸν μὲν εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς, τὸν δ' οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, μόνον δὲ τὸν ἠθικὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς. ἐοικέναι δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς λόγους τοῖς ἀραχνίοις, ἃ καίτοι δοκοῦντα τεχνικόν τι ἐμφαίνειν (ἐνυφαίνειν perperam Blomfield. ad Callim. h. Apoll. 56.), ἄχρηστά ἐστιν. Cf. VI, 103. Supplet ea Stobaeus Serm. LXXX. Ἀρίστων ἔλεγεν

ἐοικέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα καταβάλλειν τοὺς βαδίζοντας. Tandem de uno quaeritur, quaenam istiusmodi homini virtus sapientiae caput constituerit. Docet Clemens Alex. Strom. II. p. 175. ὅθεν, ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων, πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονήν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δεῖ τῆς ἀσκήσεως καὶ μάχης. Quin Dei naturam prorsus addubitavit, teste Cicerone N. D. I, 14. Iam diiudicari potest, quatenus illa philosophandi ratio et luculenta et philosophica cum quibusdam censenda sit. Ab huius philosophiae ambitu Eratosthenem quam longissime abhorruisse extra temeritatem pronunciaverim; altero licet concesso, viam ab Aristone tritam nec sine acumine aedificatam aliquatenus eum inire potuisse. Sane quam clare perspicitur, paene omnes Cyrenis oriundos, philosophiae si operam darent, ex patriae moribus luxuriantes quodammodo partes ob eamque caussam dogmaticis omni ingenii vi adversatas constanter fovisse: cuius documentum praestant Aristippus eiusque secta, Theodorus, Lacydes, Carneades. Sed argumento quodam praeter alterum Athenaeo innixum, quantum auctoritatis Aristoni Noster tribuerit, intelligi licet. Quippe Aristo cum Arcesilao, Scepticorum istius aevi principe, certavit. Illius dicterium servavit Diogenes VII, 162, quod Tennemannus ab iuvene philosopho profectum existimaverit. Atqui iuvenis facetias nisi celebratissimi nemo prodit; vitam vero Aristonis obscurissimam fuisse inde apparet, quod ne Laertius quidem quidquam de ea memoravit. Sed istam refellunt opinionem haec eiusdem Laertii IV, 40. ὅθεν οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χῖον Στωϊκοὶ ἐπεκάλουν αὐτὸν φθορέα τῶν νέων, καὶ κιναιδολόγον, καὶ θρασὺν ἀποκαλοῦντες. 41. διὰ ταῦτα οὖν ἔδακνόν τε αὐτὸν οἱ προειρημένοι, καὶ ἐπέσκωπτον ὡς φίλοχλον καὶ φιλόδοξον. Alio enim eiusdem loco IV, 33. sive

Sexti

Sexti Empir. Pyrrh. hypotyp. I, 234. *ὅθεν καὶ ἐλέγετο ἐπ' αὐτοῦ ὑπ' Ἀρίστωνος· Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος·* hanc in demonstrationem non utar. Quod si genuinus fuit Aristonis Eratosthenes discipulus, non debebat, quod quidem Strabo eum fecisse ait, utrumque laudis summo in loco reponere. At vero cum nihil nisi principes iuvenilis suae aetatis philosophos, qui Scepticismi studia ipsius menti iniecisse videntur, designare voluit, iure ita censuit, Zenone mortuo, Cleanthe acuminis laude non florentissimo, Chrysippo nondum propalam disputante.

Sed quaecunque ex decretis modo significatis rata habebat Eratosthenes, totum tamen, ut erat partium studio et obsequela vacuus, Aristoni sese non emancipavit. Potest illud ingenium quantum satis est ATHENAEI loco VII. p. 281. C. perspici, alterum Aristonis, libri Eratosthenici, fragmentum excitantis:

II. *Καὶ τῶν Στωϊκῶν δέ τινες συνεψήψαντο ταύτης τῆς ἡδονῆς. Ἐρατοσθένης γοῦν ὁ Κυρηναῖος, μαθητὴς γενόμενος Ἀρίστωνος τοῦ Χίου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ τῆς Στωᾶς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρίστωνι παρεμφαίνει τὸν διδάσκαλον ὡς ὕστερον ὁρμήσαντα ἐπὶ τρυφήν, λέγων ὧδε· Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ.* Tangit idem XIII. p. 588. A. *Τοσαῦτ' εἰπὼν μετά τινος τρογιλίας ὁ Μυρτίλος, μή τι τοιοῦτον ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι, ἔφη, οἱ καὶ πρὸ τῶν Ἡδονικῶν καλουμένων αὐτοὶ τὸν τῆς ἡδονῆς τοῖχον ὑποσκάπτοντες, ὥς που ὁ Ἐρατοσθένης* (olim *Ἐρασθένης*) *φησί.* Cf. Geograph. fr. XII. Quid quod Platonicis eum adnumerat IAMBLICHUS, Arcesilai ut videtur sectatoribus, singularem animi conditionem statuentibus, qualem ex parte etiam recentiores adsciverunt philosophi. Locus est:

III. ap. Stobaeum eclog. phys. I, 52. p. 904. Heer. = 113, 42. Cant. *Ἄλλη αἵρεσις τῶν Πλατωνικῶν — τιθεμένη τὴν ψυχὴν ἀεὶ εἶναι ἐν σώματι, ὥςπερ ἡ Ἐρατοσθένους καὶ Πτολεμαίου τοῦ Πλατωνικοῦ καὶ ἄλλων, ἀπὸ σωμάτων αὐτὴν λεπτοτέρων εἰς τὰ ὀστρεώδη πάλιν εἰςοικίζει σώματα· διατρίβειν μὲν γὰρ αὐτὴν εἰς μοῖράν τινα τοῦ αἰσθητοῦ, καθήκειν γε μὴν εἰς τὸ στερεὸν σῶμα ἄλλοτε ἀπ' ἄλλων τοῦ παντὸς τόπων.* Verba, praesertim novissima, corruptelae suspicionem admittunt. Eandem similemve sententiam indicat:

IV. Proclus ad Plat. Timaeum p. 186. *οὐκ ἄρα ἀνεξόμεθα λέγειν ἡμεῖς οὕτω μέσην αὐτὴν (τὴν ψυχήν), ὡς ἔχουσάν τι καὶ ἀσώματον καὶ σωματικόν, ὡς Ἐρατοσθένης ὑπέλαβεν.*

In illa disputatione, cum similitudinem quae inter corpus et animum intercedit exponeret, hocce fragmentum Eratosthenes videri potest adhibuisse:

V. Stobaei Serm. CXV. p. 592, 32. Gesn. a. 1559. et Io. Maximus Opp. t. II. p. 635. *Ἐρατοσθένης (ὁ Κυρηναῖος* addit Max.) *τῆς ἡλικίας ἔφη τὸ μὲν ἀκμάζον ἔαρ εἶναι, τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀκμὴν θέρος καὶ μετόπωρον* (Max. *θέρος δὲ καὶ μ. τὸ μετὰ τὴν ἀ.*), *χειμῶνα δὲ τὸ γῆρας.* Ex quibus comparationem cum vere etiam alii periclitabantur, quos vide apud Valckenar. ad Herod. VII, 162.

Et quia nihil impedit, quominus insequens sententia ibidem fuerit memorata, hanc quoque subiungi placet:

VI. Placita Philosophorum quae dicuntur Plutarchi p. 884. B. *περὶ χρόνου. Ἐρατοσθένης (τὸν χρόνον φησὶ) τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν.* Stobaeus Ecl. phys. I, 40. Heer. p. 19, 40. Cant. tempus definiisse Eratosthenem *τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν.* Idem Galenus X, 5.

Illa num A r i s t o n i materiam conscribendo praestiterint necne, eiusmodi fragmentis non iam decerni potest; Aristo quidem alter commentationis titulus, ad

libros statim circumscribendos de bonis et malis relatae, fuisse videtur.

Moralem inprimis philosophiae partem maiore ut credere licet opere conclusit, quo multis exemplis ex historia depromptis argumenta sua stabiliret, *περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν* inscripto; eius pars *περὶ πλούτου καὶ πενίας* aliquoties laudatur. Ista quoque a titulorum collatoribus discreta fuisse nemo mirabitur. Iam de hoc similibusque libris Strabonis iudicium supra p. 18. exscriptum est, cuius notae censoriae fides penes ipsum esto. Plenam libri inscriptionem praebent:

VII. HARPOCRATIO p. 28. *Ἁρμοσταί, οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν φησι.*

VIII. Et CLEMENS ALEX. STROM. IV. p. 496. C. *Ἐπεὶ οὐ μόνον Αἰσώπιοι καὶ Μακεδόνες καὶ Λάκωνες στρεβλούμενοι ἐκαρτέρουν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἀλλὰ καὶ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, ἀναγκαζόμενος κατειπεῖν τι τῶν ἀποῤῥήτων, ἀντέσχεν πρὸς τὰς βασάνους, οὐδὲν ἐξομολογούμενος· ὅς γε καὶ τελευτῶν τὴν γλῶτταν ἐκτρώγων, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ, ὃν οἱ μὲν Νέαρχον, οἱ δὲ Δημύλον προσαγορεύουσιν.* Fere eadem THEODORET. GRAEC. AFFECT. serm. VIII. p. 604. B. *Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, ὃς ἀναγκαζόμενος κατειπεῖν τι τῶν ἀποῤῥήτων, ἀντέσχε πρὸς τὰς βασάνους, οὐδὲν ἐξομολογούμενος· ὡς δέ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ* (l. *τοῖς*) *περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, δείσας οὗτος, μὴ τῇ τῶν κακῶν ὑπερβολῇ βιασθεὶς ἐξείπῃ τι τῶν συγκειμένων, καὶ τοὺς στασιώτας μηνύσῃ, τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι τεμών, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ.*

IX. DIOGENES LAERT. VI, 88. *Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ἐξ Ἱππαρχίας, περὶ ἧς λέξομεν, γενομένου παιδὸς αὐτῷ* (Crateti Cynico), *ὄνομα Πασικλέους, ὅτ᾽ ἐξ ἐφήβων ἐγένετο, ἀγαγεῖν αὐτὸν ἐπ᾽ οἴκημα παιδίσκης,*

καὶ φάναι τοῦτον αὐτῷ πατρῷον εἶναι τὸν γάμον. Reliqua vehementer corrupta dubium est an Eratostheni tribuenda sint.

X. Idem IX, 66. de Pyrrhone: εὐσεβῶς δὲ καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω μαίᾳ οὔσῃ, καθά φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ πλούτου καὶ πενίας, ὅτι καὶ οὗτος φέρων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπίπρασκεν ὀρνίθια, εἰ τύχοι, καὶ χοιρίδια· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας καθάροι (l. -ραι) ἀδιαφόρως. Recte Menagius hinc in Plutarchi fragmento subiungendo pro ἐν τοῖς πλούτου emendavit ἐν τῷ περὶ πλούτου, secus atque G. I. Vossius de histor. Gr. I, 17. probante Fello fecerat, ἐν τῷ Περίπλῳ coniectans.

XI. Plutarch. Themistocle p. 125. E. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς περὶ πλούτου (sic ed. Paris. fol.) προςιστόρησε, διὰ γυναικὸς Ἐρετρικῆς ἣν ὁ χιλίαρχος εἶχε τῷ Θεμιστοκλεῖ τὴν πρὸς αὐτὸν (Regem) ἔντευξιν γενέσθαι καὶ σύστασιν. Heerenius de fontibus et auctorit. Vitt. Plut. p. 37. alibi hunc librum quantum ipse quidem investigasset laudari negabat.

Quem Suidas affert librum περὶ ἀλυπίας, nisi eum lectio vel fides fefellit, is partem maioris illius operis constituit. Sed aliam ab eodem memoratam commentationem, περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων, sine haesitatione inter Lexicographi mendacia referendam censeo, ea praecipue ratione adductus, quod gravissimum opus ab eruditissimo eodemque perspicacissimo viro perscriptum neque alii vetustorum hominum, neque is qui aliquoties ad Eratosthenem provocat auctorem, Diogenes Laertius, silentio plane praeterire debuerunt. Nimis sane credulus fr. Chronogr. VII. hinc derivavit Menagius. Eoque magis hic maxime Suidae vacillat fides, quod primo loco φιλόσοφα Eratostheni asseruit, deinde quasi diversa haec enumeravit: περὶ τῶν κατὰ φ. αἱρέσεων, περὶ ἀλυπίας, διαλόγους πολλούς. Isti dialogi vix potuerunt diversi esse a μελέταις apud Strabonem;

Μελέται enim ab Eratosthene cuiquam operi inscriptum fuisse, vel tiro negaverit: declamationes Fellus excogitavit. Dialogorum nonnisi singulare vestigium in fragmento superest, quod ex Arsinoe libro desumptum refertur:

XII. ATHENAEUS VII. p. 276. A. *Ὁ Πλούταρχος, κατὰ τὸ ὅμοιον, ἔφη, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ ἐμῇ Λαγυνοφόρια ἑορτή τις ἤγετο, περὶ ἧς ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συγγράμματι Ἀρσινόῃ· λέγει δὲ οὕτως· Τοῦ Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορτὴν καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γένη, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διόνυσον, ἠρώτησεν Ἀρσινόη τὸν φέροντα τοὺς θαλλούς, τίνα νῦν ἡμέραν ἄγει, καὶ τίς ἐστιν ἑορτή· τοῦ δ' εἰπόντος, καλεῖται μὲν Λαγυνοφόρια, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσιν κατακλιθέντες ἐπὶ στιβάδων, καὶ ἐξ ἰδίας ἕκαστος λαγύνου παρ' αὐτῶν (αὐτῶν) φέροντες πίνουσιν· ὡς δ' οὗτος ἀπεχώρησεν, ἐμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς, συνοίκιά γ', ἔφη, ταῦτα ῥυπαρά· ἀνάγκη γὰρ τὴν σύνοδον γενέσθαι παμμιγοῦς ὄχλου, θοίνην ἕωλον καὶ οὐδαμῶς εὐπρεπῆ παρατιθεμένων. Εἰ δὲ τὸ γένος τῆς ἑορτῆς ἤρεσκεν, οὐκ ἂν ἐκοπίασε δήπου τὰ αὐτὰ ταῦτα παρασκευάζουσα ἡ βασίλεια, καθάπερ ἐν τοῖς Χουσίν: εὐωχοῦνται μὲν γὰρ κατ' ἰδίαν, παρέχει δὲ ταῦτα ὁ καλέσας ἐπὶ τὴν ἑστίασιν.* Hinc potest tersissima eademque summa simplicitate insignis scribendi ratio quam Eratosthenes iniit satis censeri. Ex illis ea quae nulla difficultate laborant arripiens Toupius in Schol. Theocriti p. 217. suo iure tanquam praetor de plano edicit (quod enim affert *λαγήνου* et *Λαγηνοφορία* bis hoc accentu ipsi redonetur.), primum legendum, *τὰ περὶ τὸν Διόνυσον*, deinde *τὰ κομισθέντα αὐτοῖς αὐτοὶ δειπνοῦσι*, quae ipsi apportassent (sic), ipsi vescuntur, cui correctioni qua erat arrogantia suam annectit clausulam: nihil verius. Ego vero nihil ineptius vidi. Si enim priori coniecturae te addicis, *γένη* tantum *θυσιῶν*, non

ἑορταί *) indicantur, licet haec *Λαγυνοφόρια* Baccho fuisse consecrata instar Choum, vel idem ille mos demonstret, ut cibi et vina a Ptolemaeo emitterentur. Unde statim altera scilicet emendatio concidit, quae persuasioni innititur, homines sua quemque edulia domo attulisse, cui omnino repugnant ipsa verba *καὶ τὰ κομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσι*, praeter insequens, *θοίνην ἕωλον — παρατιθεμένων*. Neque enim *τὰ κομισθέντα αὐτοῖς* sibi volunt, prohibente sermonis genio, quae ipsi apportarint, et intrusum *αὐτοί* usque ad ridiculum languet. Nihil de suo Alexandrini deprompserant, nisi *λαγύνους, παρ' αὐτῶν*, inquit, *φέροντες*. Sed, ut criticus iste vitio creatus praetermittatur, advertenda est elegans dictio, *εὐωχοῦνται μὲν γὰρ κατ' ἰδίαν, παρέχει δὲ ταῦτα*. Aristoph. Pluto 503.

Πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλετἒσι πονηροί,
ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι.

Sophocl. Electr. 1173.

θνητὸς δ' Ὀρέστης· ὥςτε μὴ λίαν στένε.
πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν.

Cf. Valcken. ad Herodot. I, 36. Clariorem hoc dicendi genus lucem accipiet collatis Comici locis. Veluti Nubibus 547. *οὗτοι* est dictum, referendum ad reliquos Aristophani aequales, quos antea pravis ipsorum artificiis designaverat. Ibid. 1079.

μοιχὸς γὰρ ἦν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν.

Ranis extremis:

Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω,
κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

---

*) Notandum, quo inprimis ista sententia refutatur, *κτίζοντος ἑορτήν* numerum incertum (videas, si tanti est, ad fragm. XVI. de antiq. comoed.) significare, admonentibus tum verbis *θυσιῶν παντοδαπῶν, καὶ μάλιστα, τίνα νῦν ἡμέραν ἄγει, καὶ τίς ἐστιν ἑορτή*, tum Theocrito XVII, 112—114. et Vitruv. praef. lib. VII., cuius interpretatio fugit Matterum (Ecole d'Alexandrie T. I. p. 82 sq.); quorum prior etiam Lenaeorum instar solennia subindicat excogitata. Sed *ἑορτῶν γένη*, ut *θυσιῶν γένη* usurpetur, non adeo praestiterim.

Equitibus 1357.

ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ᾽ ἕτερος αὖ
καταμισθοφορῆσαι τοῦθ᾽ · —

recte Brunckio perceptum. Quibus tandem aliquando sit perspicuum, Sophoclis Antig. 663 sqq. pessimo consilio ab editore novissimo pessumdatos fuisse. Sophoclisne interpretem eo imperitiae processisse, ut principem Euripidis locum, Oenomai fragm. III., ignoraret? Neque in Platonis Gorg. p. 457. B. 468. E. quidquam tentari oportebat; mireris, ne Hemsterhusio quidem Lucianeorum Somn. 2. — *καὶ ἑρμογλυφέα · δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶσθα, ἔχων δεξιᾶς ·* rationem constitisse. Huius autem generis plura apud recentiores auctores, etiam Scholiastas, reperiuntur; distant, licet similia, collecta Hermanno ad Viger. n. 44. Ceterum *παρατιθεμένων* vertendum esse, cum homines apponant, perspicuum est; monendum erat ob Casaubonum.

Tandem philosophicis scriptis etiam Epistolae sunt attribuendae, quae eandem cum opere de bonis et malis viam, quippe usu historiae et antiquitatum multiplici adhibito, incessisse videntur: quae enim hodie supersunt laciniae, hoc ipsum litterarum genus attingunt.

XIII. Athenaeus X. p. 418. A. ubi de Boeotorum *πολυφαγίᾳ* disserit: *Ἐκ τούτων εἰκός ἐστι καὶ Ἐρατοσθένη ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς, Πέμπελον, φῆσαι, ἐρωτηθέντα, τί αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι Βοιωτοί, εἰπεῖν · τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν, οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα, πόσον ἕκαστος χωρεῖ.* Facetissime dictum repetiit Eustathius ad Il. *ν*. p. 954, 34. = 933, 41. *Ἐρατοσθένης δὲ λέγει, Πέμπελον ἄνδρα οὕτω καλούμενον ἐρωτηθέντα, τί αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι Βοιωτοί, εἰπεῖν · τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν, — χωρεῖ.* Verbis *τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν* non adeo aptissime responderi videtur ad quaestionem. *τί αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι*, quod Casauboni acumen non praeteriit, transsiluit

Schweighaeuserus. Iacobsii autem emendatio animadv. in Athen. additam. p. 225. prolata, *εἰρηκέναι οἱ Βοιωτοί*, neque idoneam significationem praestat (quid enim hoc est, *δοκοῦσιν εἰρηκέναι?*), neque sententiae convenit quomodocunque. Ea utique formula, ex interiore sermonis peritia deprompta, passim usurpatur, cum rei cuiusdam natura aut minus est perspicua, aut in illa tantum agendi via ponenda videtur, quod non sine leni irrisione factum hic reperias. Ad eundem modum Aristoph. Nub. 1289.

τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον;
Ἀμ. Τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν
πλέον πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίγνεται;

Praeterea conferri possunt eiusdem Pax 103. Leisner. ad Bosii Ellipses p. 500. Blomfield. glossar. ad Perss. 214. et addendis. Deinde elegantia imperfecti *ἐλάλουν* annotanda, quod nobis quidem id quod praesens significat, a Graecis vero ad tempus praeteritum ex sensu sententiarum eruendum referebatur; possis igitur supplere, *ὅτε αὐτοῖς συνῆν*. Perinde occurrit in locutione *ἦσθ' ἄρα*, de qua multi multa, in *ἔμελλον*, et locis centenis, apud Tragicos, Aristophanem, optimum quemque auctorem obviis: quae quidem excutere cum per se longum est, tum ab hoc argumento plane abhorret. Hoc tamen cum Eratosthenicis aliquatenus coniunctum indicare liceat, Cataster. c. 12. *τινὲς δέ φασιν, ὅτι Ἡρακλέους πρῶτος ἆθλος ἦν εἰς τὸ μνημονευθῆναι*, id est, secundum quosdam certamen Herculis in memoriam sive imago genuini certaminis constituebatur, ut c. 20. *τὴν τῆς Αἰγύπτου θέσιν*, perperam ab Heynio sollicitari. Ad sententiam compara Clement. Alexandr. Paedag. II, 1. *καί μοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος οὐδὲν ἀλλ' ἢ γνάθος εἶναι·* cuius similem expressit imaginem Eubulus ab Athenaeo paullo ante adductus, Thebanos *ὅλους τραχήλους* insigniens.

XIV. Athenaeus XI. p. 482. A. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τῇ πρὸς Ἀγήτορα τὸν Λάκωνα ἐπιστολῇ ὡς κυαθῶδες ἀγγεῖον τὸ κυμβίον παραδίδωσι, γράφων οὕτως· Θαυμάζουσι δὲ οἱ αὐτοί, καὶ πῶς κύαθον μὴ κεκτημένος, ἀλλὰ κυμβίον μόνον, φιάλην προςεκέκτητο. Δοκεῖ δή μοι τὸ μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων χρείας [ἕνεκα]*), τὸ δὲ τῆς τῶν θεῶν τιμῆς εἰς τὴν κτῆσιν παρειληφέναι. κυάθῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἐχρῶντο τότε, οὐδὲ κοτύλῃ· κρατῆρα γὰρ ἵστασαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. τοῦτον δ' ὁσάκις ἐπιπληρώσαιεν, ἀποσπείσαντες τοῖς θεοῖς ἐκ τῆς φιάλης ᾠνοχόουν ἐφεξῆς, τὸν νεοκρᾶτα βάπτοντες τῷ κυμβίῳ, καθὰ καὶ νῦν παρ' ἡμῖν**) ποιοῦσιν ἐν τοῖς φιδιτίοις. εἰ δέ ποτε πλεῖον πιεῖν βουληθεῖεν, προςπαρετίθεσαν τοὺς καλουμένους κοτύλους, κάλλιστα καὶ εὐποτώτατα ἐκπωμάτων. ἦσαν δὲ καὶ οὗτοι τῆς αὐτῆς κεραμείας. Macrobius Saturnal. V, 21. de cymbia: Meminit huius poculi Eratosthenes, vir longe doctissimus, in epistola ad Hagetorem Lacedaemonium his verbis: Κρατῆρα γὰρ ἔστησαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργύρεον, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος. τοῦτον δ' et quae sequuntur ad τῷ κυμβίῳ his subiungit, τὸν νεοκρᾶτα omisso. Iure tamen potiore γῆς neglexerat, prouti extremo fragmento τῆς κεραμείας extat, a Schneidero secus ad κεραμεία relatum. Qualis sit ὁ νεοκράς, docet Hesychius: Νεόκρατοι. τινὲς κρατῆρες ἐλέγοντο, ὧν ἡ χρῆσις διττὴ καθειστήκει· ἔν τε γὰρ τοῖς περιδείπνοις καὶ ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἤγουν σπονδαῖς. Cf.

*) Quod sensum hic intercipit, ἕνεκα, sententiae ut videtur declarandae adiectum, periphrasin satis vulgarem, τὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων χρείας, τὸ τῆς τῶν θεῶν τιμῆς, obscuravit.

**) Lectio ὑμῖν praeferenda est: quod enim ait Casaubonus, φιδίτια ex Lacedaemoniorum instituto Cyrenis celebrata fuisse, nec potest quoquam confirmari testimonio, et a vero prorsus discedit, quia Spartanorum fortitudo, non frugalitas ibi viguit.

Plato Comicus ap. Athen. XV. p. 665. C.

νεοκρᾶτά τις ποιείτω.

καὶ δὴ κέκραται.

Κυμβίον attigit Hemsterh. ad Lucian. p. 439. Admonet hic locus eruditionis Eratosthenicae, vel minutissima complexae.

XV. Diog. Laert. VIII, 89. de Eudoxo: *φησὶ δ' αὐτὸν Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα, καὶ κυνῶν διαλόγους συνθεῖναι.* Veterem interpretem, qui in libris ad Hecatonem dedit, *πρὸς Ἑκάτωνα* legisse observavit Menagius, eamque lectionem comprobavit Fabricius B. Gr. IV. p. 121, argumento tamen non admoto. Palatinus codex *πρὸς Κάτωνα* exhibet. *Βάτων* quidem et *Κάτων* confusa sunt apud Athen. III. p. 103. B. XV. p. 678. extr. Idem Menagius *πρὸς Πλάτωνα*: ad Platonem enim ab Eratosthene librum compositum fuisse, bis a Theone Smyrnaeo (supra p. 168.) laudatum, ac *τῷ Πλατωνικῷ* scilicet inscriptum; unde forsan factum fuisse, ut Plato alter Suida teste vocitatus fuerit. Vana ille priora vanioribus videtur superare voluisse. Sed quaestione de nominis forma genuina in medio relicta, locum sententiae concessum accurato spectatori probatum iri existimo.

OPERA LITTERATA.

VI. DE ANTIQUA COMOEDIA.

Non minimam gloriae partem Eratosthenes suis commentariis de antiqua*) comoedia, *τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, τοῖς περὶ κωμῳδίας* (fr. III. XXIX. XXXVI.) *τοῖς περὶ κωμῳδιῶν* (fr. XXX.), vel simpliciter per libros allatis (fr. XXVI. XLII. XLIV.), rettulit acceptam, quibus quaecunque ad comicos antiquos sive intelligendos sive diiudicandos valuerunt, a multiplici eruditione et ingenio acerrimo paratissimus complexus est accuratissime. Etenim eius dicta omnia, etiam paucissimis prolata nominibus, tanta eminent iudicandi vi perspicacique acumine, accedente varia eaque sana ratione moderata doctrina, ne minutissimis quidem grammaticae capitibus praetermissis**) (videnda inprimis fragm. XXXI. XXXIX.), ut nobis, qui miserrimam Scholiorum Aristophanicorum teneamus compagem, quam maxime idonea suppetat conquerendi caussa, quod in tot tantisque difficultatibus non iam uti con-

*) Hemsterhusii ad Polluc. X, 60. opinionem, de utraque comoedia, vetere et nova, egisse, vel commemorasse sufficit.

**) Galenus prooem. ad glossas Hippocr. p. 404. *Ὅτι γὰρ ἐποίουν οἱ παλαιοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς, δέδεικται μὲν ἱκανῶς καὶ πρὸς Ἐρατοσθένους ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας.*

cessum fuit tam praeclaris adminiculis. Qualis autem praestantiae fuerit prae multis idque doctissimis Alexandrinis, etiam hac in litterarum parte comparatio instituta facile manifestarit, sive ad Callimachum exegeris, nihil nisi didascalias persecutum, a quo incogitanter effatum proditum est a Schol. Nub. 549 (fr. XIII.); sive ad Lycophronem *), hominem indigesta eruditionis mole laborantem, adeo ut vel absurdissima effuderit, ideoque cum de vetere comoedia agitur nonnisi refutandus (exempli caussa v. fr. XV. XVIII. XXIV. XXVIII. XXXIII. XXXVI. XLVII.) excitetur. Aliud igitur Hemsterhusius egisse videtur ad Plut. p. 470, Eratosthenem hoc in genere Lycophroni paullo inferiorem pronuncians. Profecto fidem in his litteris habeas, qui turpem barbarismum *θάτερος* admiserit.

Commentarii fere duodecim libellos constituerunt, neque enim pluribus ultra ab Eratosthene comicos illustratos fuisse, fidem facit, quod illis opusculis quaecunque rem tangere viderentur exposita reperimus. Librorum vero numerus raro laudatur, ita ut oeconomia operis non nimis perspicua sit. Excitantur enim tertius (fr. XXX.) de Ranarum loco, septimus (fr. XXXIX.) de Pherecrate, octavus (fr. XLI.), nonus (fr. XXVI. XLII.) de Avium versu et Aristophanis ut videtur fragmento, undecimus (fr. XXXVI.) de Cratini vocabulo, duodecimus (fr. XLIV.). Id quidem hinc intelligitur, tum singulos libros diversis temporibus prodiisse, quod etiam de aliis scriptoribus antiquitatis patet, tum interiore argumenti vinculo connexos non fuisse. Iam commentariis qui in poetarum interpretatione versabantur alii adiuncti erant, subsidia rei scenicae disceptantes: quorum si priorem theatro histrionumque vestitui et similibus, alterum arti et rebus histrionum gestis attribue-

*) Lycophronis commentarios addubitare potuit Matter. T. I. p. 90.

rim, ita ut prooemium totius operis utrique repraesentarent, nihil quod ab argumenti indole abhorreat (cum praesertim Pollux X, 60. fr. II. ut qui maxime eius sententiae admoneat.) sumpsisse nobis videmur. Prior igitur liber non alius est quam *Ἀρχιτεκτονικός*, pro singulari opusculo iactatus: nam de aedificiis exstruendis illum omnino non disseruisse, secus ac Salmasius epistola observationibus ad ius Atticum praefixa, G. I. Vossius de natura artium Opp. T. III. p. 157. a., Fabricius opinabantur, demonstrant et quae afferuntur eius fragmenta, et praeter ingenium Eratosthenis probe spectatum etiam gravissimum Vitruvii testimonium, libri primi cap. 1. extr. haec monentis: Quibus vero natura tantum tribuit sollertiae, acuminis, memoriae, ut possint geometriam, astrologiam, musicam ceterasque disciplinas penitus habere notas, praetereunt officia architectorum, et efficiuntur mathematici. — Hi autem inveniuntur raro, ut aliquando fuerunt — Eratosthenes Cyrenaeus —. Neque inscriptio ista in fraudem debet impellere, cum Lexica etiam vulgaria, quae Nostri fugit opus, id nomen cum artis cuiuslibet, tum maxime scenicae generalem adumbrationem et notitiam expressisse doceant. Accedit alius apud Pollucem X, 1. titulus, *Σκευογραφικός*, qui cum nihil eorum quae speraret ibi sese invenisse narrat, nihil Eratosthenis existimationi, utpote anxie minutissimeque syllabas rimatus, detrahet. Sed ne librum histrionium mireris, considera Athen. XIV. p. 635. F. *Ἱερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ Κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ Ποιητῶν.* Iam fragmenta ad Architectonicum referenda haec sunt:

I. Pollux I, 145. *Τὸ δὲ κωλύον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, παραξόνιον, — ἢ ὡς Ἐρατοσθένης ἔμβολος.*

II. Idem X, 1. *Ἐνέτυχόν ποτε βιβλίῳ τῷ τῶν Ξενοφῶντος Ἱππικῶν ἐξηγεῖσθαι λέγοντι. εὑρὼν δὲ ὀνό-*

ματος κρίσει, τοῦτο Ἐρατοσθένην ἐν τῷ Σκευογραφικῷ λέγειν, ἐπῆλθέ μοι ζητεῖν τὸ τοῦ Ἐρατοσθένους βιβλίον διὰ τὸ παραγωγὸν τῆς χρήσεως· ὡς δὲ εὗρον μόλις, οὐδὲν εἶχεν ὧν ἤλπισα. Σκηνογραφικόν legerit Galeus praefat. ad scriptores mythologicos, quem vocis significatio, propter ambitum nimis circumscriptum hic aliena, minime habuit sollicitum; in eo tamen verus, quod librum cum Architectonico eundem ponit. Miram contra hunc rationem attulit Fabricius B. Gr. IV. p. 127, quod totus Pollucis liber X. de vasis agat, inde effici, veram scripturam esse vulgatam.

III. Idem X, 60. de *ἀναλογείῳ. παρὰ μέντοι Ἐρατοσθένει ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ὡς ἔχοιμέν τινα τοῦ ὀνόματος τοῦδε ἀποστροφήν, εὕροις ἂν τοὔνομα ἐπὶ τοῦ σκεύους τοῦ τοῖς βιβλίοις χρησίμου.*

IV. Erotiani gloss. Hippocr. p. 394. *Χεῖαι. Ἐπικλῆς φησι, ψυχαί· οὐκ ὀρθῶς· χεῖαι γάρ εἰσιν ὑποδήματος γυναικείου εἶδος, καθά φησιν Ἐρατοσθένης καὶ Καλλίστρατος ἐν ϛ' Συμμίκτων.* Nihil de hac significatione Lexicographi. Foësio *ψυχαί* corruptum ac glossa *Χῖαι* constituendum videbatur: atqui *Χῖαι* teste Hesychio *ὑποδήματος ἀνδρείου εἶδος* fuerunt. Num Epicli *ψυχαί* id expresserint, quod indicasse tradit Piersonus ad Moerin p. 397, docebit, qui glossam apte emendarit.

V. Hesychius: *Βασιλίδες. ὑπόδημα γυναικεῖον καὶ αὐλητικόν, ὡς Ἐρατοσθένης, ἀπὸ τοῦ βασιλέως κληθέντος.* Pollux VII, 85. *ὑποδημάτων δὲ εἴδη βασιλίδες· ἐφόρει δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς Ἀθήνησι.* Illic *κληθέντος* sollicitari non debebat. *Βασιλεύς* enim sic de Archonte dictum adeo insigne erat, ut Antiatticista Bekk. p. 85. operae pretium duxerit, ex Aristagora, ignobili comico, illud enotare. Nomen calceamenti inde ad scenicam rem transiisse videtur, quod Archon Rex, quippe Lenaeorum praeses, eius curam habebat.

VI. Schol. Apollonii Rh. I, 565. *Ἠλακάτη δὲ λέγεται τὸ λεπτότατον καὶ ἀκρότατον μέρος τοῦ ἱστοῦ, κατὰ Ἐρατοσθένην, ὑπὲρ ὅ ἐστι τὸ καρχήσιον.*

VII. Idem ibid. 567. *Ἰστέον, ὅτι Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἀρχιτεκτονικῷ μέρη ταῦτά φησιν ἱστοῦ, Πτέρνη, Θωράκιον, Ἠλακάτη, Καρχήσιον, Κεραία, Ἰκρίον.* Locus est hanc in rem singularis apud Athenaeum XI. p. 474 extr. sq. *Ἀσκληπιάδης δ' ὁ Μυρλεανὸς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ νηῒ κατασκευασμάτων* (*καρχήσιον* dicit). *τοῦ γὰρ ἱστοῦ τὸ μὲν κατωτάτω πτέρνα καλεῖται, ᾗ ἐμπίπτει εἰς τὴν ληνόν· τὸ δ' οἷον εἰς μέσον, τράχηλος· τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει καρχήσιον. ἔχει δὲ τοῦτο κεραίας ἄνω συννευούσας ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, καὶ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον αὐτῷ θωράκιον, τετράγωνον πάντη, πλὴν τῆς βάσεως καὶ τῆς κορυφῆς· αὗται δὲ προὔχουσιν μικρὸν ἐπ' εὐθείας ἐξωτέρω. ἐπὶ δὲ τοῦ θωρακίου εἰς ὕψος ἀνήκουσα καὶ ὀξεῖα γιγνομένη ἐστὶν ἡ λεγομένη ἠλακάτη.* Adde Polluc. I, 91.

VIII. Idem III, 232. *Τὴν δὲ κατασκευὴν τῶν ἀρότρων Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἀρχιτεκτονικῷ καταγράφει.* Schol. Paris.: *τοιοῦτον μὲν τὸ πηκτόν. Τούτου δὲ τὴν κατασκευὴν Ἐ. — παραδίδωσι.*

In altero de histrionibus libro hic locus extitisse videtur:

IX. Plutarchi Moral. p. 785. B. *Πῶλον δὲ τὸν τραγῳδὸν Ἐρατοσθένης καὶ Φιλόχορος ἱστοροῦσιν ἑβδομήκοντα ἔτη γεγενημένον, ὀκτὼ τραγῳδίας ἐν τέτταρσιν ἡμέραις διαγωνίσασθαι μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς.*

Eratostheni etiam aliud dictum vindicandum videtur apud Schol. Aristoph. Vesp. 577. *Ὅτι τραγικὸς ὑποκριτὴς ὁ Οἴαγρος, εἴρηται πρότερον*: quod nusquam commentariorum ad Aristophanem factum reperitur.

Videndum de hoc quoque Scholiastae ad Acharn. 438. monito: *Πρὸς τοὺς νῦν ὑποκριτάς, ὅτι χωρὶς*

πίλου εἰςάγουσι τὸν Τήλεφον. Ut enim ab aetate et ingenio recentioris Scholiorum collatoris tale quid abludit, ita Eratostheni omnino convenerit prae ceteris poetae interpretibus. Non sane ignoro, etiam Scholiis ad Aeschylum (Agamemn. 22.) et Sophoclem (Ai. 325. Oed. R. 855. 963. Col. 1547. Electr. 817.) eiusmodi observata super arte histrionia inveniri; ad Aristophanem vero non saepius occurrunt.

Tandem in prooemio incertum primi an tertii libri locum habuit:

X. Schol. in Dionys. Thracem p. 725. *ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ Ἐρατοσθένης ἔφη,* (Villoison. Diatriba p. 172. n. 4. *φησὶν ὁ σοφὸς Ἐ.* Valckenarius animadv. ad Ammon. p. 57. sq. ubi Scholiastae locum protulit: *φησί που τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ σοφὸς Ἐ.*) *ὅτι γραμματική ἐστιν ἕξις παντελὴς ἐν γράμμασι, γράμματα καλῶν τὰ συγγράμματα.*

Non mirum profecto est, tantas principis litterati copias non paucos, quibus curta supellex domi suppeteret, allexisse; sed unus tantummodo tam impudenter in eo facinore grassatus esse traditur, ut Eratosthenes dicto faceto *βιβλιαίγισθον* hominem appellarit. Etymolog. M. p. 198, 20. *Βιβλιαίγισθος, Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς ἐπεκλήθη ὑπὸ Ἐρατοσθένους, ὅτι λάθρα αὐτοῦ τὰ βιβλία μετέγραψε.* Indice eiiciatur Eratosthenes medicus; Fabricio Bibl. Gr. XIII. p. 153. ex eo quod illius libros Andreas exscripserat medicus ipsum Eratosthenem medicum fuisse constitit. Fere eadem Anecd. Bekk. p. 226. His enim commentariis eum abusum patet Scholiis Aristoph. Av. 267. *Χαραδριὸν μιμούμενος]* — *Ἀνδρέας δέ φησι, τῶν ἰκτερικῶν οὐ τοὺς ἰδόντας, ἀλλὰ τοὺς φαγόντας ἀπαλλάττεσθαι τοῦ πάθους.*

AD

AD ARISTOPHANEM.

Equitibus.

XI. Schol. Eq. 959. *μολγόν*] *Ἐρατοσθένης μολγὸν καὶ ἀμολγὸν τὸν αὐτόν* (l. *τὸ αὐτό*). *ἀμολγοὺς δὲ παρὰ τούτοις* (l. *παρ' Ἀττικοῖς*, ut apud Phrynich. p. 216.) *φησὶ λέγεσθαι τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινά*. (Cf. Hesych. vv. *μολγός*. *ἀμολγοί*.) *Ἡσίοδος δέ* (supplendum *ποιμενικόν*)· *μᾶζά τ' ἀμολγαίη*. Etymol. M. p. 573, 23. *Μάζα*. — *Ἡσίοδος, μάζα τ' ἀμολγαίη*. — *ἀμολγαίην δέ, τουτέστι κρατίστην, ἀκμαίαν. τὸ γὰρ ἀμολγὸν ἐπὶ τοῦ ἀκμαίου τίθεται. Ἐρατοσθένης δὲ ποιμενικήν*. Proclus ad Hesiodi ε. 590. *ἀμολγαίη, ἀντὶ τοῦ κρατίστη, ἀκμαία. τὸ γὰρ ἀμολγὸν ἐπὶ τοῦ ἀκμαίου τίθεται. Ἐρατοσθένης ἐν ποιμενικοῖς.* (Ex edit. Heinsii p. 133. b.) Hinc Eratosthenis Pastoralia sunt a Fello conficta. Verum vidit Valckenarius ad Schol. Il. χ'. 29. (Opusc. II. p. 68.) „Homines litteratissimi titulos librorum quos plurimos conscripserat Eratosthenes diligenter collegerunt. Eorum unum qui corrupto loco nitebatur Eratostheni in Miscell. Nov. T. II. p. 119. abiudicavi." Ubi locis allatis addit etiam Athenaeum III. p. 115. A. *καὶ Ἡσίοδος δὲ μάζαν τινὰ ἀμολγαίαν καλεῖ· Μάζα τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων· τὴν ποιμενικὴν λέγων ἢ* (vulgo *καὶ*) *ἀκμαίαν· ἀμολγὸς γὰρ τὸ ἀκμαιότατον*. Eandem suam emendationem, *μὲν ποιμενικήν*, memorat ad Schol. Eurip. Phoen. 45; nescio an *δέ* voluerit, quod recepit Gaisfordius. Ceterum Eratosthenis explicatio in Aristophanis loco versans unice vera est. Obnititur sane Kusterus, cum eoque Brunckius, non tamen recte. Nam quod ille monet, populum ipsum non posse vocari *μολγόν*, neque meminerat, vere id fieri, si populus, quae cum maxime gravioribus ac necessariis impendi deberent officiis, suis voluptatibus tribueret; ne-

que hic, Aristophane mores prae ceteris demagogorum notante, severe adeo indagari posse, an etiam Demo ista conveniant. Brunckius autem tum in eo errat, quod Kusteri explicationem sequentibus requiri censet, tum in exponenda voce *μυῤῥίνου*: neque enim *ψωλός* metaphorica significatione caret, docente Acharnensium loco 599, et *μύῤῥινος* adiectivum obscoeno intelligi sensu analogia prohibet; praeterea nequitiarum amplificatio, ex eodem ut par est genere desumpta, qua isiciorum opifex adversarium studet deiicere, evanesceret. Sed, in quo summa versatur, Cleoni impudicitia male exprobraretur, cuius et per Equites et per ceteras Aristophanis fabulas nulla omnino mentio reperitur. Errat igitur Brunckius cum alibi, tum ad Eq. 78. Mirum in hanc rem versu 77. interpretatum non esse *διαβεβηκότος*, in quo explicando Kusterus manifesto labebatur: quali explicationi color poterat conciliari Vesp. 708, ubi *διαβάς* inter alia iuvenis impudici refertur indicia; sed Equitibus *σαυλοπρωκτιῶν* notatur. Proinde hoc sibi vult Agoracritus: Sin huic te tradis, ad extremam redigaris inopiam necesse erit. Ita iam Photius interpretabatur; cf. etiam Hesychii interpretes v. *μυῤῥινῶν*. Omnium optime Suidas ex Eratosthenis ratione v. *ψωλός*. *Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥίνου, ἀντὶ τοῦ μέχρι τῆς κεφαλῆς· ἐπειδὴ οἱ ἄρχοντες μυῤῥίνῃ ἐστεφανοῦντο. Μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε, τουτέστι κλέπτην τῶν δημοσίων, ἐξαμέλγοντα τὰ κοινά.* Cf. idem v. *μολγός*. Quod tandem Hemsterhusius Pollucem X, 187. Symmachi nixus auctoritate huc rettulit, nemo non intelligit *ἀπληστίας* notam ab hoc loco abhorrere. Ita igitur Pollux: *μολγόν, ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλῶτταν βόειος ἀσκός. — καὶ Ἀριστοφάνης δὲ χρησμόν τινα παίζει· μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖν· μολγοὶ [γὰρ] ἔσονται.* Hemsterhus. *αἰνεῖτ' ἂν* ex prava coniectura recepit, quam etiam superasse

videtur Brunckius incert. LXXIX. *αἰνοῖτ' ἂν* tacite edendo *).

Nubibus.

XII. Schol. Nub. 447. *Κύρβις οὖν ἡ περιέχουσα τὰς ἱερὰς γραφὰς στήλη· ἢ ὡς Ἐρατοσθένης φησὶν ἄξων Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ οἱ νόμοι περιέχονται.* Apparet haec ita pronunciari, ut *ἄξων* accuratius definiat, quid per illam *στήλην* cogitetur, id est, radium existimari, cui leges affixae fuerint. Cf. Hesychius: *Κύρβις, στήλη τρίγωνος, ἢ ξύλινος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγράφοντο.* Nihilominus male intellexit Schol. Apollonii Rh. IV, 280. *Κύρβεις λέγουσιν, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, καὶ τοὺς ἄξονας καλουμένους Ἀθήνησιν, ἐν οἷς οἱ νόμοι περιέχονται***) Neque adeo cautior Salmasius de modo usurarum p. 767. proloquebatur, neminem unquam *ἄξονα* interpretatum esse *στήλην*, cum *στήλη* potius columna sit vel pila lapidea. Deinde angulos ex Eratosthenis sententia memorat Etymolog. M. p. 547, 51. *Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, οὐ τετραγώνους. φησὶν* (l. *φησὶ δ'*) *Ἀριστοφάνης ὁμοίας εἶναι τοῖς Ἄξοσι· πλὴν ὅτι οἱ μὲν Ἄξονες νόμους, οἱ δὲ Κύρβεις θυσίας ἔχουσιν.* Eundem reliqui sequuntur. Timaeus Lex. p. 170. *Κύρβις, στήλη τρίγωνος πυραμοειδής, νόμους ἔχουσα περὶ θεῶν.* Hesychius modo memorabatur. Anecd. Bekk. p. 274, 24. *Κύρβεις, κατασκευάσματα ξύλινα,*

---

*) Quin addendis p. 169. miratur, sic in Polluce scriptum oportuisse, interpretem illud effugisse.

**) Pro hac voce miro errore Schol. Parisiensia praebent *γεγράφαται*; neque enim cum Schaefero statui potest, ipsum Eratosthenem hac forma usum fuisse: exstat sane *ἐτετάχατο* etiam apud pedestres eosque locupletes scriptores, qui quidem simili perfecti terminatione carent. Nam quae interpretes Gregorii Cor. p. 484. sqq. collegerunt, recentiorum sunt; Thucydides autem qui *τετάχαται* praebet sibi fere testis est. Ut tamen Scholiastae illud tribuamus, facit Schol. Pind. Pyth. IV, 407. vulgatum *τετάχαται*.

ἐν οἷς ἐγγεγραμμένοι τὸ παλαιὸν ἦσαν οἱ νόμοι. εἰσὶ δὲ τρίγωνοι τὸ σχῆμα. διαφέρουσι δὲ τῶν ἀξόνων, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τετράγωνοί εἰσιν, οὗτοι δὲ τρίγωνοι, πυραμίδι ὅμοιοι. Similiter Ammonius p. 18, Zonaras T. II. c. 1268. alii. Exposuit de figura etiam Polemo ap. Harpocrat. p. 19. v. Ἄξονες. — ἦσαν δέ, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα, διασώζονται δὲ ἐν τῷ Πρυτανείῳ, γεγραμμένοι καθ' ἅπαντα τὰ μέρη. ποιοῦσι δὲ ἐνίοτε φαντασίαν τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας. Proinde erroris Nostrum non redarguit. Aliud enim agebat Henr. Valesius ad Harpocr. p. 230. Eratosthenem a Polemone reprehensum narrans, quod κύρβεις τριγώνους, ἄξονας τετραγώνους esse exponeret. Sed multo maiorem a Salmasio commissum videas errorem p. 100, qui vulgarem de formis utrarumque legum sententiam eversurus, ipso Harpocrationis loco, formam quidem non eam quae discrimen constituerit normam fuisse, tradiderit, ut quo teste et ἄξονες et κύρβεις quadranguli sint effecti.

XIII. Schol. Nub. 549. Δῆλον δέ, ὅτι πρότερος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δέ φησι, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. πῶς δ' οὐ συνεῖδεν, ὅτι καὶ ἐν τῷ Μαρικᾷ προτετελεύτηκε Κλέων, ἐν δὲ ταῖς Νεφέλαις λέγεται· εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην —; Verissime dicta. Ceterum non debebant novissima ob particulam μέν neglectam corrumpi, qualis omissio apud Scholiastam fortasse suspecta foret, ab Eratosthene autem admissa in offensio-

nem non debet incidere. Mireris etiam Valckenarium, et re, et sua ipsius confessione minutissimorum ligamentorum ac fibrarum in hoc linguae formosissimo corpore attentum spectatorem, in Eurip. Hippol. 597. languidum istud *μέν* requisivisse. Exemplis nihil indigemus, cum praesertim *καί* sequentibus *ἐν τῷ Μαρικᾷ* praefixum vulgatissimae vocis, fortiore tamen vi, locum obtinuerit.

XIV. Schol. Nub. 966. *Οὕτως Ἐρατοσθένης. Φρύνιχος αὐτοῦ τούτου τοῦ ᾄσματος μέμνηται, ὡς Λαμπροκλέους ὄντος, τοῦ Μίδωνος υἱοῦ ἢ μαθητοῦ. ἔχει δὲ οὕτως·*

Παλλάδα περσέπολιν, δεινὰν θεόν, ἐγρεκύδοιμον,
** ποτικλήζω, πολεμαδόκον, * * ἁγνάν,*
παῖδα Διὸς μεγάλου δαμάσιππον.

Καὶ κατὰ Λαμπροκλέα (l. *τὰ κ. λ.*) *ὑποτίθησι κατὰ λέξιν.* *τὸ δὲ τηλέπορον βόαμα Κυδίδου τοῦ Ἑρμιονέως κιθαρῳδοῦ.* Nihil opis attulit Aristidis Scholiasta, Lamprocli an Stesichoro carmen attribui debuerit, incertus, unde quae huius editores (v. Suchfort. p. XLI.) exsculpserunt, *Παῖδα Διὸς μεγάλου δαμόπωλον, ἄϊστον, Ἀθήνην,* a neutro potuerunt pronunciari. Sed si quid coniecturae tribuendum, Stesichoro poema asseruerim, cui apud Athen. IV. p. 155. F. fragmentum, *αὐτόν σε πυλαμάχε πρῶτον,* adscribitur, illuc opinor referendum, *αὐτάν* immutato. Marti quidem, cuius esse illa volebat Lobeck. ad Phrynich. p. 648, non adeo *πρῶτον* conveniet, mente huius sententiae utut informata. Ex ista igitur sententia lacuna Eratosthenicis inhaerens statuetur.

Vespis.

XV. Schol. Vesp. 239. *Τοῦ κορκόρου] Πρὸς τὸν Λυκόφρονα, κόρκορον λέγοντα ἰχθύδιόν τι. ἠπάτηται δέ, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης. ἔστι γὰρ λάχανόν τι ἄγριον καὶ εὐτελὲς ἐν Πελοποννήσῳ· ὡς καὶ ἡ παροιμία· καὶ*

κόρκορος ἐν λαχάνοισι. V. Hephaest. p. 46. Hesychius: *κόρκορος, εἶδος ἰχθύος, ἢ λάχανον ἄγριον.*

XVI. Schol. Vesp. 388. *Ὦ Λύκε δέσποτα*] *Παρὰ τοῖς δικαστηρίοις τὸ τοῦ Λύκου ἱερὸν ἦν καὶ ἡρῷον. ὅθεν φασὶν εἰρῆσθαι, Λύκου δεκάς. Ἄλλως. Λύκου ἡρῷον πρὸς τῷ δικαστηρίῳ ἦν. ᾧ ἐμέριζον, ὅτε δικαστήρια ἦν, τὸν παρὰ τοῖς λαχοῦσι τῶν Ἀθηναίων δικάζειν δικαστικὸν μισθὸν τριώβολον.* Haec posteriora recentioris Grammatici Scholion redolent. Falsum est, triobolum, Photio licet consentiente, Lyco tributum fuisse: cui enim bono id facerent, cum statua, non sacrum heroi statutum esset? Accedit locutio etiam apud Scholiastas insolens, *τὸν παρὰ τοῖς λαχοῦσι μισθόν*, genitivum circumscribens. De hoc quidem mihi cum Meiero de bonis damnatorum p. 114. convenit, non de emendatione Scholio admovenda, *πρὸς τοῖς δικαστηρίοις ἦν, ἐν ᾧ* (apud quod nunquam hoc significabit) *ἐμέριζον*; itidem Zenobio V, 2. sive Suidae, *ἀφώριστο αὐτοῖς* pro *αὐτῷ*. Non enim adeo liquet, quem in usum merces iudiciaria memorari potuerit; singularis autem numerus ne apud meliores quidem testes in dubitationem incurret. Vid. verbi caussa Geograph. CXI. et CXX. Strabonis p. 767. Philos. fr. XII. Potius ex prava interpretatione similive errore istud commentum provenerit. At priora tamen Eratosthenis ad hunc locum commentariis deberi hisce elucet. Harpocratio p. 44. *Δεκάζων. — Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, πόθεν τὸ πρᾶγμα εἴρηται, δηλοῖ οὕτω λέγων. Λύκος ἐστὶν ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων*), πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γιγνόμενοι συνεστρέφοντο.* Eadem praebent Hesychius, Photius, Etymol. M. p. 254, 29,

*) Quae hinc inserit MS. epit. ap. Iungerm. ad Polluc. VIII, 121. *πρὸς δὲ τοῖς ἐν Ἀθήναις ἐστήλωτο δικαστηρίοις*, e Suida emanarunt.

Suidas, unde apud Photium reponendum *τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων*, apud Etym. M. et Suidam *συνεστρέφοντο* pro *ἀνεστρ.*, quod praebet etiam Vratisl. MS. Harpocrationis. Praeterea Etym. M. *πρῶτον δέ φησι* (Eratosthenes, ut videtur) *δεκάσαι Μέλητα.* Bekk. Anecd. p. 236. Lexicon Rhetoricum, caussam quoque addens, *τὰς εὐθύνας διδοὺς τῆς ἐν Πύλῳ στρατηγίας, ἢ κακῶς ἐστρατήγησεν*, errare videtur. Iam in Etym. M. *Μέλιτον* emendat post Meursium Salvinius ad Petiti Leges Att. p. 427, comprobante Dukero, qui allatis Plutarcho Coriol. 13. et Diodor. XIII. p. 365. Melitum cum Anyto confusum opinatur; cui calculum adiecit Ruhnken. ad Tim. p. 75. His renititur Meier. p. 113, argumentis tamen ad obscuri hominis mentionem retinendam minime idoneis abusus. In Etym. M. et Lex. Rhet. scribendum erat *Μέλητον* et *Μέλητος*, vetustissima forma vocabuli, de qua vid. Dobraeus addendis ad Ranas 1337. Meletum ab Anyto ad accusationem Socratis persequendam subornatam fuisse indicat Schol. Clark. Platonis apud Dobraeum p. 125. *ἔπεισε δὲ μισθῷ [Μέλητον] ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους.* Sed ut ad vocis *δεκάσαι* explicationes redeam, nihil proficit Schol. Aristoph. Pluti 627, qui claram lucem Hemsterhusio afferre videbatur. Neque Eratosthenes veterum morem etymologiis luxuriantium secutus verum tetigit: si qui enim corrumperentur, denarius certe numerus nihil quo intelligatur habet. Omnium infelicissime Pollux rem gessit VIII, 121, conficto etiam tribunali ad Lycum: *τὸ ἐπὶ Λύκῳ· ἀφ' οὗ καὶ ἡ Λύκου δεκάς· καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν· πάλαι δὲ* (corrupte) *συνῄεσαν οἱ συνδεκάζοντες τὰ δικαστήρια.* Cuius errorem multi deprehenderunt. Tandem ab Langbaenio indice ad Longinum v. *δεκασθείς* productus Anonymus MS. et propter inferiorem aetatem, arguente eius plebeio dicendi genere, et ob novitatem sententiae

nimium incertae pondere caret. *Οἱ ἄρχοντες* (ait) *τῶν Ἀθηνῶν ἐτύπωσαν ῥήτορας δέκα, ὡς ἐὰν οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες ἐμπέσωσιν εἰς ὑποθέσεις, ἵνα προςλαλοῦνται ἐκ τῶν ῥητόρων τινάς, καὶ ὑπερηγοροῦσι τὰς αὐτῶν ὑποθέσεις, καὶ ἰσάζουσι καὶ λύουσι ἐν τῷ δικαστηρίῳ· τινὲς δὲ τῶν πλουσίων παρέχοντες δῶρα ἐλάμβανον αὐτοὺς ἐν ταῖς οἰκείαις ὑποθέσεσι, καὶ κατέβαλον τοὺς ἀντιδίκους. ὅσοι δὲ μὴ ἔχοντες τοὺς δέκα τὰς ἑαυτῶν ἔλυον ὑποθέσεις, ἐλέγοντο ἐκεῖνοι ἀδέκαστοι.* Ultima ratio est auctore dignissima. Mihi *Λύκου δεκάς* proprie Lyci cohortem significasse videtur, sive propter decem iudicia, sive ea verbi vi, qua apud Eurip. Suppl. 219. et fragm. ap. Hephaest. p. 92. occurrit; temporis vero progressu cum iudices Atheniensium caussarum rabie abrepti muneribus ac promissis sensim animos subiicerent, in convicium vertisse. Cf. similia Aristophanis dicteria Equit. 255.

ὦ γέροντες ἡλιασταί, φράτορες τριωβόλου.

951.

οἷος οὐδείς πω χρόνου
ἀνὴρ γεγένηται τοῖσι πολλοῖς τοὔβολοῦ.

Deinde maiore abusu *δεκάζειν* ad corrumpendos iudices transferebatur.

XVI. Schol. Vesp. 500. *Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς (τῶν Πεισιστρατιδῶν) καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν', τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων· Ἀριστοφάνους μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος, Ἡροδότου δέ, ἓξ καὶ τριάκοντα.* Calculus Eratosthenis rectissime se habet, a prima Pisistrati dominatione exorsi, id est, ab Olymp. LV, 1. Omnia confudit Meursius Pisistrato p. 142, eo temeritatis progressus, ut Aristophanem poetam significari opinaretur, proferretque emendationem, si Diis placet, *Ἀριστοφάνους μὲν νά φήσαντος,* erroris etiam Scholia insimulans de Herodotea chronologia. Recte Wesselingius ad Herodot. V, 65. „Annos Pisistra-

tidarum tyrannidis Aristoteles Polit. V, 12. (al. V, 9, 23.) 35. numerat, noster 36, levi discrepantia, fortasse ex annis inchoatis aut diversa Pisistrati computatione exiliorum nata. Io. autem Meursii, annos istos Hipparcho et Hippiae, patris ratione non ducta, tribuentis in Pisistr. c. 5, manifesta aberratio est, reprehensa a Bouherio et Corsino post H. Valesium." Ratio autem neque Aristophanis comici esse potest, ut qui nusquam ea de re exponat, nec Byzantio attribuerim: igitur nomen istud proprium pro corrupto habendum videtur. Potest tamen sic quoque Schol. Lysistr. 619. emendari: *κατέσχε δὲ ἡ τυραννὶς ἐπὶ ἔτη γ′ (ν′)· οἱ δὲ δ′ (μ′,* non *μά)· Ἡρόδοτος δὲ ϛ′ (λϛ′)*. Ceterum hoc fragmentum ex commentariis depromptum esse liquebit expendenti, scholiis istis Aristophanicis, minus quam pro opinione eruditis, non aliud eius opus afferri.

XVIII. Schol. ib. 702. *Ἐπισίζῃ] Λυκόφρων καὶ οἱ περὶ Ἐρατοσθένη τὸ ἐπαφιέναι τοὺς κύνας, ἐπισίζειν.* Non est hic locus a suspicione liber; quisquis enim Scholia consarcinarat, Lycophronis commentarios nisi per Eratosthenem non acceperat; hunc vero de explicatione ista vulgari, qualem fuisse intelligitur ex Polluce V, 10. *καὶ ἐπαφεῖναι, μετιέναι, αἱρεῖν, ἐπισίξαι, οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὸ μετά τινος ἀσήμου βοῆς ἀφεῖναι·* illum advocasse testem, minimam probabilitatis prae se fert speciem. In promptu *ὡς* pro *καὶ* reponere, lacuna post *ἐπισίζειν* indicata. Ceterum v. Pierson. ad Moer. p. 157.

XIX. Schol. ib. 791. *Ἦ δ᾽ ὅς λέγων] Ἀντὶ τοῦ ἔφη, καὶ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἠμί. κέχρηται συνεχῶς αὐτῷ ὁ Πλάτων ἐπὶ μέλλοντος μόνου. οἱ δὲ Κωμικοὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων χρόνων.* Insignis haec alucinatio foret; sed lacuna post *Πλάτων* locum obscuravit, facile ex Ammonio p. 67. supplenda; ad formam enim *ἦς* illa *ἐπὶ μέλλοντος μόνου* cum sequentibus referenda sunt. Huc colligenda quae tradunt Suidas, Photius et Etymolog.

M. v. Ἦ δ' ὅς. Sic Suidas: *οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην, ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς* (*οὗτος* recte E. M.). *διὸ* (*καὶ* add. Phot. E. M.) *δασύνουσι τὴν ἐσχάτην· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς.* (Sequentia quae Phot. et E. M. praebent, omittit Suidas: *καὶ ἦ ἀντὶ τοῦ ἔφη* (*ἦ δὲ ἀ. τ. ἔ. δέ* E. M.). *ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων* (haec om. E. M.). *καὶ ἦν δὲ ἐγώ, ἀντὶ τοῦ ἔφην δὲ ἐγώ* (*δ'* utrobique E. M., priore loco Suidas.): sed haec recentioris sunt auctoris.) *Παρὸ δὴ καὶ Ἕρμιππος* (exinde ap. E. M. lacuna extat) *ἐν Ἀθηνᾶς Γοναῖς· ἠσὶν, ἀντὶ τοῦ φησίν· ὁ Ζεὺς διδόναι πολύ* (Phot. *διδωνοπολλάς*, D. *διδωνοπολλαί.*), *φησί, τοὔνομα.* Haec manifesto sunt corrupta. Coniicias:

ὁ Ζεὺς ὁ Δωδωνοπόλος ἠσὶ τοὔνομα·

Iovem Dodonicolam nomen esse perhibet. Prioribus intelligitur, etiam ab Eratosthene formulam coniunctim fuisse expressam, significationi tamen insigniendae vocis *ὅς* asperum pro more vetustissimorum grammaticorum eum intulisse. Iam quomodo Suidas sit corrigendus, alibi tradens, *ἦν δ' ἐγώ· ἔφην δὲ ἐγώ. παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ Ἀριστοφάνει,* cuius MS. Cantabr. ap. Dobraeum addendis ad Pluti 1. habet *ἀριστ. Πλούτῳ,* non amplius potest obscurum esse. Legendum: *Ἀριστοφάνης καὶ Πλάτων.* Cf. intpp. Gregor. Cor. p. 144 sq.

XX. Schol. ib. 1027. *Κύννης] Πόρνης. Κατὰ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχην* (Eq. 762.). *Ἐρατοσθένην δὲ ἀγνοήσαντα τὴν Κύνναν, ὅτι πόρνη, οἱ μέν τινες προφέρεσθαί φασι κυνός* (Ald. *κοινῶς*), *ὡς Ἐπιμενίδης**)· *οἱ δὲ πυρός· οὐκ εὖ.* Sed male illos Scholiastas Eratosthenis mentem cepisse, voces *κυνός* et *πυρός* aperte

*) Ista tum loco quem obtinent alienum, tum obscuritate huius critici in suspicionem cadunt corruptae lectionis *ὡς ἐπὶ ἀναιδοῦς.* Feceram illam emendationem, cum postmodo eandem dudum instituisse Valckenarium deprehendi.

demonstrant, ut quae metro adversentur: atqui nec metrica huiusmodi imperitia, nec tanta ei negligentia imputari debet, qua Cynna qualis fuerit, docente ipso poeta ignorarit. In parabasi autem Pacis haecce verba paene immutata offeruntur. Metri quidem vitium sustulit Valckenarius ad Adoniazusas p. 361 f., *κυνὸς ὥς* reponens, in altero Scholiorum loco statim afferendo *ἔλαμπον*: quo lis non dirimitur. Mirum, Eratosthenem cum vulgo Graecorum Homericum *κυνὸς ὄμματ' ἔχων* tenentem istud *ὥς* adiecisse; magis etiam mirum, duplicem eundem correctionem, cum priore acquiescere debuisset, allaturum fuisse; Scholiastas autem, utram apposuerit, addubitasse. Sed explicationum utramlibet negligere licebat. Et quae Schol. Pacis 754. annotavit, monstrant fere originem erroris: *Ἐρατοσθένης ἀγνοήσας τὰ κατὰ τὴν Κύνναν, κυνός γράφει. Κυνὸς ὥς ἀκτῖνες ἐλάμποντο*. Interpolationis hic commissae a recentioribus grammaticis coniecturam movet tum quod *κυνός* sine *ὥς* excitatur, tum *κυνὸς ὥς ἀ. ἐλάμποντο* (sic) alieno loco collocata. Hic quoque importunam emendationem obtrusisse Eratosthenem fidem omnino excedit. At enim qui istud, *Ἐρατοσθένης γράφει κυνός*, in commentariis antiquis reppererat, ignorasse videtur, posse ea etiam ad explicationem referri. Schol. Ran. 38. *Κενταυρικῶς δὲ — γράφεται ἀντὶ τοῦ μαλακῶς*. ibid. 1060. *τινὲς δὲ γράφουσι Δαρείου τοῦ Ξέρξου*, ubi quae adduntur, *οἱ δὲ ὅτι τοῖς κυρίοις ἀντὶ πατρωνυμικῶν κέχρηνται*, eundem denuo exhibent errorem. Schol. Acharn. 1181. *γράφεται δὲ οὕτως· πτίλον δὲ τοῦ μεγάλου πεσόντος πρὸς ταῖς πέτραις, δεινὸν μέλος ἐξηύδα ὁ Λάμαχος. ἢ πεσὼν πρὸς ταῖς πέτραις, ἐθρήνει τὸ μέγα πτίλον*. Schol. Pluti 545. *τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων* (scil. addunt), *ἀντὶ στάμνου κεραμίου γράφεται*: quem locum, ut iam apparet, integerrimum, etiam Hemsterhusius tentavit. Addas Schol. Pind. Ol.

I, 13. VI, 44. Nem. VII, 95. ubi leg. *πόρον. γράφεται πόντον.* Hinc *ἡ γραφή,* explicatio, ibid. ad Pyth. IV, 195. *οὐκ ἐκκόπτεται* (sic l.) *ἡ γραφή.* Proinde explicationes duas attulerat, quo spectet *Κύννης ἀκτῖνες* significantes, ad Scholiastarum asperrimam dictionem minime exigendas. Iam vero *κυνὸς ἀκτῖνες* rem luculente illustrabat, si quis modo Homerum edidicerat; *πυρός* autem ex interiore est doctrina desumptum ad summam impudentiam denotandam. Eurip. Hecuba 608.

ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία
κρείσσων πυρός.

Cratinus iunior ap. Ath. VI. p. 241. C.

— *ἔχει γὰρ χεῖρα κραταιάν,*
χαλκῆν, ἀκάματον, πολὺ κρείττω τοῦ πυρὸς αὐτοῦ.

Soph. Philoct. 927.

ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα καὶ πανουργίας
δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον·

ubi plura Musgravius: quibus si addideris Blomfield. gloss. S. Th. 599. et Abresch. ad Aeschyl. II. p. 84, alia vix requires. Quid quod ipse Aristophanes Lysistr. 1015. de mulieribus sermocinatus sine molestia eiusmodi explicationi potuit materiam suggerere:

οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον,
οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πόρδαλις.

XXI. Schol. ibid. 1186. *Ἀσκώνδα καλῶς*] *Τὸ χ, ὅτι περὶ τοῦ Ἐφουδίωνος ὡς ἀληθῶς* *) *ἱστορεῖ. κατεψυγμένοι* (l. *κατεψευσμένοι*) *δὲ φαίνονται οὗτοι* [*οἱ*] *παγκρατιασταὶ ἐπὶ παιδιᾷ· ὁ δὲ Ἀσκώνδας καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος. εἰ μὴ ἄρα ὁ Ἐφουδίων* (l. — *ουτίων*) *ἐστίν, ὁ ἐν τοῖς Ὀλυμπιάσι* (Kuster. ad Hesych. *Ὀλυμπιονίκαις*; nihil nisi *ταῖς* emendandum erat: v. Chronogr. fr. XX.) *φερόμενος Ἐφουδίων* (— *τίων*)

*) Cave immutes: v. ad Geograph. fr. XCIII. Ceterum Scholiasta Aristophanis mentem pingui Minerva percepit.

Μαινάλιος. His admovendus Hesychius: *Ἐφώδιον. Ἐρατοσθένης διὰ τοῦ τ̄ Ἐφώτιον ἀναγράφει, μέλανον (Μαινάλιον) περιοδικὸν (περιοδονίκην* Sopingius) *παγκρατιαστήν· ὁ δὲ Πολέμων διὰ τοῦ δ̄*. Vide ad Geograph. p. 4.

XXII. Schol. Vesp. 1402. a Suida compilata prolixe de Simonide exponunt, scriptis quoque poetae enumeratis. Mira et insolita ea eruditio veri speciem coniecturae praebebit, illic Eratosthenem etiam ea tradidisse, quorum auctorem advocat ipsum Quintilianus XI, 2, 14. ubi Simonidis carmen, laudes tum pugilis coronati, tum Dioscurorum celebrans, quod in convivio ei vitam servarit, commemorat: Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopae scriptum sit id carmen; et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur, atque Apollodorus [Chronicis; neglexit Heynius.] et Eratosthenes et Euphorion et Larissaeus Eurypylus tradiderunt, an Cranone, ut Apollas (videtur Apellas bis Photio laudatus dici, cuius excerpta derivata fuerant ex opere ab Athen. IX. p. 369. A. allato, *περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων*; cf. Schol. Pind. Vrat. introd. Ol. VII.) [et] Callimachus. Ad huius fr. LXXI. locum attulit Bentleius.

Pace.

XXIII. Argumentum Pacis: *Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Κράτης μέντοι δύο εἶπε δράματα, γράφων οὕτως· — καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα* (versus: v. Schaef. ad Dionys. de comp. verb. p. 30.) *παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν*. Quam Cratetis sententiam Eratosthenes si comperisset, sine dubio eadem quae Callimacho ad Nub. 549. regesturus erat.

XXIV. Schol. Pacis 701. Ὠρακιάσας] Οἷον, ὠχριάσας, ἢ λειποψυχήσας, ἢ ἀθυμήσας. ὡς φιλοπότην δὲ πάλιν διαβάλλει τὸν Κρατῖνον, μετὰ ἐκλύσεως ἐσκοτωμένον· ᾧ ἴσως ἀκολουθεῖ καὶ τὸ ὠρακιάσας· τοιοῦτοι δὲ οἱ λειποψυχοῦντες· τρέπεται γὰρ αὐτῶν ἡ χροιά. Λυκόφρων δὲ τὸ ὡρακιᾶν ἀντὶ τοῦ ὠχριᾶν. Ἐρατοσθένης δέ, τὸ ὑπὸ ἐκλύσεως ἐσκοτῶσθαι. ὅτι δὲ φίλοινος ὁ Κρατῖνος, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Πυτίνῃ λέγει σαφῶς. Priora usque ad χροιά recentius Scholium, utpote et Lycophronis et Eratosthenis explicationes diffusius enarrans, constituunt. Hesychius: ὠρακιάσας, λειποψυχήσας. Cf. Pierson. ad Moer. p. 415. et Tittmann. ad Zonar. T. II. c. 1892 sq., qui Schol. Aristophanis non intellexit.

Schol. Pacis 754. v. ad fr. XX.

Avibus.

XXV. Schol. Avium 122. Σισύραν] — Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ὅτι καθάπερ τὸ δένδρον τὸ αὐτὸ καὶ ἄνδραχνον καὶ ἀνδράχνην καλοῦμεν, οὕτως ᾤοντο σισύραν καὶ σίσυν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μετέχεσθαι (l. ὀνόματος λέγεσθαι). καὶ τρίτην προςλαμβάνουσι σισύρναν οἱ κατὰ Λιβύην (Cyrenaei), τὸ ἐκ τῶν κωδίων (quod apud Ammonium p. 128. reponendum cum Bastio loco infra laudando p. 541. pro κροκύδων) τὸ (l. ex praecedentibus ῥαπτόμενον) ἀμπεχόνιον καλούμενον (l. — μένην). Schol. Platonis p. 250. Ruhnk. Ἐρατοσθένης σισύραν φησὶ στέγαστρον ἐξ αἰγείων δερμάτων τετριχωμένων, σισύρναν δὲ τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον, ὃ γοῦνναν (voce utitur etiam Zonaras: dixit de ea Bastius ad Gregor. Cor. p. 540.) φασίν. Patet hinc etiam superiora verba hic praetermissa scholii Aristophanis sententiam Eratosthenis referre: σισύρα μέν ἐστι, τὸ ἐξ αἰγείων δερμάτων ἔχον ἔτι τὰς τρίχας σκέπαστρον. Unde denuo perspicitur, quam misera haec Aristophanica Scholia sint conglutinata. De re vid. Alberti ad Hesychii σίσυρνον, et Ruhnk. ad Ti-

maeum. Iam si perpendas, *ἄνδραχνον* et *ἀνδράχνην* inter se componi, statim conficias, accedente praesertim Schol. Vesp. 737. *τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σισύρναν*, pro *σίσυν* apud Schol. Avium *σισύρναν*, vice versa *σίσυν* deinde hic et apud Schol. Platonis et Hesychium l. l. esse restituendum, siquidem Eratosthenes, cuius iudicium etiam Hesychius sequitur, recte *σισύραν* inter et *σισύρναν* non distinxerat. Rem male gessit Tittmannus ad Zonar. II. c. 1645 s.

XXVI. Schol. Av. 557. de bello sacro Aristophanis aetate gesto: *ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης, καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐννάτῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ κέ.* V. Hesych. v. *ἱερὸν πόλεμον* T. II. c. 28. ibique interpres.

XXVII. Schol. Av. 1513. *Πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο*] *Ὅτι οὐκ Ἀττικὸν τὸ πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο, οὐδὲ ἀρχαϊκόν, οὐδὲ ἀκριβές. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ πότε δῆτα. παρέλκει γὰρ* [l. *δὲ τὸ*] *ἄττα νῦν· ἀλόγως γὰρ κεῖται· οὔτε γὰρ τὸ τινά σημαίνει, οὔτε τὸ ἄτινα. οὐδὲν γὰρ τούτων ἁρμόζει τῷ πηνίκα.* Accuratiora Eratosthenis debuerat Grammaticus advertere apud Schol. Platonis p. 35. Ruhnk. *Ἄττα. — Ἐρατοσθένης δὲ χρονικῶς αὐτό φησι παραλαμβάνεσθαι· Πύθου χελιδών, κάποθ' ἄττα φαίνεται. καὶ πάλιν· Ὁπηνίκα ἄττ' ὑμεῖς ὀρχούμενοι κοπιᾶτε.* Etymolog. M. p. 167, 46. *ὁ Κωμικὸς δὲ χρονικὸν αὐτὸ παραλαμβάνει· Πήθου χελιδών, τηνίκ' ἄττα γίνεται. λέγει, ὁπότε χελιδὼν γίνεται.* Posterius igitur fragmentum ita constituendum videtur, ut tetrametri anapaestici certe indicia eluceant: * * *ὁπηνίκ'* [*ἄρ'*] *ἄττ'* * * *ὑμεῖς ὀρχούμενοι* * *κοπιᾶτε*: cf. Aristoph. Thesmoph. 801. *παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι.* De priore quod inter Aristophanis incerta quintum est vellem aliquid explicationis Brunckius excogitasset: de qua et ille et interpres Hesychii (*Πύθου χελιδόνος, παροιμιῶδες,*

διότι ὀδυρτικὸν τὸ ζῶον. θρηνεῖ γὰρ ἡ χελιδὼν καὶ ἀηδών.) securi fuerunt, vitio accentus praetermisso.

Lysistrata.

XXVIII. Hesychius: *Κατειλυσπωμένην. ὁ μὲν Λυκόφρων, καταρτωμένην· Ἐρατοσθένης δέ, συγκεῖσθαι τὴν λέξιν ἐκ τοῦ εἰλεῖν καὶ σπᾶσθαι.* Inde Scholiorum lectio *εἰλεῖσθαι* emendetur. Est hic error non Eratosthenis, sed communis antiquorum grammaticorum; perspexit certe verbi significationem.

Ranis.

XXIX. Schol. Ran. 810. multa de vocibus *μεῖον* et *μειαγωγός* tradunt; quorum si minus dicta, certe sententiae derivatae sunt ex Eratosthenis commentariis ad hunc locum ab Harpocrat. p. 117. laudatis: *Μεῖον καὶ Μειαγωγός.* — *Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας φησὶν οὕτως· Νόμου ὄντος μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου τινός, ἐπισκώπτοντες μετὰ παιδιᾶς πάντα τὸν εἰσάγοντα Μεῖον ἔφασαν εἰσάγειν, ὅθεν τὰ μὲν ἱερεῖα Μεῖον προσηγορεύθη· Μειαγωγός δὲ ὁ εἰσάγων.*

XXX. Schol. Ran. 1060. *δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάσαντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν.* Debebat Eratosthenis auctoritas Blomfieldium a temerario conatu deterrere, quo corruptum Aeschyli Perss. 670. locum ex depravato Aristophanis versu, Ranarum dico 1060, coniectura sua ipsius ductus magis corrupit, quamvis diserte etiam Scholiasta monuerit, *ἰανοῖ, ὅ ἐστιν ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης.*

XXXI. Schol. ibid. 1294. *τῶν ψήφων λαβών*] — *Ἐρατοσθένης δέ, τῶν ψευδαττικῶν τινας γράφειν, τῶν ψήφων λαβών, ἵνα καὶ τὰ πεπλασμένα δράματα, ἐν οἷς τοπαράπαν τοῦτο ἠγνόηται, δοκῇ μὴ σεσολοικίσθαι. Ψευδαττικῶν* si genuinum est, referendum videtur ad criticos Atticismi non peritissimos, qui spuria

dra-

dramata, ipsis pro genuinis habita, ista elegantia aliquoties donarent.

Pluto.

XXXII. Schol. Pluti 797. *Οὐ γὰρ πρεπῶδες*] *Ἔμφασις τοῦ Ἀριστοφανείου προσώπου· ὁ δὲ λόγος πρὸς τοὺς ἀντιτέχνους πρὸς διασυρμόν, οἳ διὰ τὸν αὐτῶν ὀβολόν* (Hemsterhusio coniectura non processit; mihi non dubium est, quin legendum sit *διὰ τὸ αὐτῶν κόβαλον.*) *ἐπειρῶντο τὸν δῆμον πρὸς ἑαυτοὺς ἐπάγειν. Καὶ ἐν τοῖς Σφηξὶ*) δὲ ἐσεμνύνετο, ὅτι οὐκ εἰσι παρ' αὐτῷ κάρυα ἐκ φορμίδος. φαίνεται μέντοι τὸ τοιοῦτον οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γενέσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἐπισημαίνεται. Οὐ* post *ἀλλά* a Dobraeo in collatione Pluti p. 13. transpositum, nec verbo *φαίνεται,* multo minus addito *αὐτῶν* congruit, et erroris altero Vesparum loco convincitur. Illud *μέντοι* quod offensioni fuit saepius a grammaticis eadem qua *δέ* significatione usurpatur, ut a Dracone p. 27, 25. 160, 23. 162 extr. Schol. metr. Eurip. Phoen. 784. Aesch. Prometh. *ά.* 27. Sept. Th. 103. 1082. Aristoph. Vesp. 897. Pind. Nem. IV, 81. VII, 106. unde Pollucis X, 34. lectio ab Lobeckio ad Phrynichum p. 132. sollicitata sustentatur, cum praesertim idem eodem modo VI, 76. *μελιτοῦττα μέντοι Τροφωνίῳ* proloquatur. Plura poterant etiam ex optimo quoque auctore proferri, hic tamen praetermittenda.

XXXIII. Schol. ibid. 1195. *Ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο*] *Ὅτι ὁ Λυκόφρων, ὡς ὁ Ἐρατοσθένης φησίν, ᾠήθη πρῶτον τοῦτον δᾷδας ἠτηκέναι. πεποίηκε δὲ καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις αὐτό. ἀλλὰ γὰρ Στράττις πρὸ ἀμφοτέρων τούτων τοὺς Ποταμίους διδάσκων εἰς Φιλύλλιον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα·*

---

*) Hinc Vesp. 58. post *φορμίδος* commate interpungendum, ut *δούλω παραῤῥιπτοῦντε* nominativi sint absoluti.

Ὑμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον,
ὅσοι πέρ ἐστε, μὴ λαβόντες λαμπάδας,
μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλίου.

AD INCERTAS ARISTOPHANIS FABULAS.

XXXIV. Schol. Pindari Ol. IX, 1. *Ἐρατοσθένης δέ φησι μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, ἀλλ' ὕμνον εἰς Ἡρακλέα, τριπλόον δέ, οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρὶς ἐφυμνιάζεσθαι τὸ Καλλίνικε. Περὶ δὲ τοῦ Τήνελλα Ἐρατοσθένης φησίν, ὅτι ὅτε ὁ κιθαριστὴς μὴ παρῆν, ὁ ἔξαρχος αὐτὸ μεταλαβὼν ἔλεγεν ἔξω τοῦ μέλους· ὁ δὲ τῶν κωμαστῶν χορὸς ἐπέβαλε τὸ Καλλίνικε. καὶ οὕτω συνειρόμενον γέγονε τὸ Τήνελλα Καλλίνικε. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ μέλους ἐστίν· Ὦ Καλλίνικε, χαῖρ', ἄναξ Ἡράκλεις.* Ambiguam sane interpretationem verba admittunt negantis, *τριπλόον, οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι*, numne triplicem stropham Archilocheo carmini abiudicaverit; an potius istam improbarit explicationem. Verumtamen et parodi tum Agamemnonis maxime, tum Eumenidum Aeschyli, Scholiastis utrobique *ἐφύμνιον* observantibus, et ipse exclamationis usus necessitate efflagitante adscitus, posteriori sententiae pondus adiiciunt, cum praesertim Pindarica *ὁ τριπλόος κεχλαδώς* strophas et epodum subindicent, quod Aristarchum non latuerat. Omnino Lyrici illi ex re nata nunc in systematis, nunc in versibus extremis clausula eiusmodi passim usi videntur, commonente Sapphus exemplo apud Hephaest. p. 129, quod Bentleius coniectura ab Hermanno Elem. D. M. p. 28. non repudiata sine caussa tentavit. Potuit autem haec Eratosthenis sententia ad extremam Aristophanis Acharnenses vel Aves spectare, quantum Scholiis ibi colligere licet. Hesychius: *Καλλίνικος. — καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρο ἀναγωγῇ*, ubi consulendus Alberti.

XXXV. Photius: *Ποῖ, ἦχος. Ποῖ, ἐγγύς, εἰς τίνα τόπον. Ἐρατοσθένης δὲ τὸ ἐγγύς.* Alberti emendavit *ποῖ κῆχος, ποῖ γῆς.* Hanc glossam ad Aristophanem pertinere monstrat Etymolog. M. p. 682, 52. *Ποῖ κῆχος] ζήτει καὶ τοῦτο, ποῖ κῆχος; εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ Ἀριστοφάνης. Ποῖ κῆχος; εὐθὺς Σικελίας.* [Brunckius fr. CXI. secure repetiit; l. cum Valcken. animadv. ad Ammon. p. 91. *εὐθύ.*] *καὶ παρὰ Φερεκράτει, Ποῖ κῆχος; καὶ εἰ μὲν παρεζευγμένον εὑρήσεις τὸ ποῖ τῷ κήχει· Ἐρατοσθένης δὲ λαμβάνει ἐκ ταύτης τῆς συντάξεως, ποῦ ἐγγύς, καὶ εἰς τίνα τόπον; ποῦ ἄγχος· ποῦ κῆχος. τὸ πῆ, κῆ· πῆ ἐγγύς, πῆ ἄγχος· ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ ἔναγχος· κῆχος. ἔλλειψις ἄρα τοῦ γ, κῆχος, ἄγχος· ἔχει αὐτὸ ἐν τῷ ἔναγχος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.* Extrema inde a *κῆχος, ἄγχος*, usque ad *ἔναγχος*, male ex praecedentibus repetita, delenda sunt. Post voces *τῷ κήχει* sententia quaedam grammatici, admonente dativo *κήχει*, excidit, quae eadem quae Photius et Hesychius tradiderunt complexa fuisse videtur. Hesychius duplicem vocis explicationem hisce affert: *Ποῖ κῆχος, οἷον ποῦ γῆς, εἰς τίνα τόπον. Ποῦ κῆχος, πῆ γῆς, εἰς τίνα τόπον. καὶ τοῦ ἄγχι.* Alberti ex Etymologico *καὶ ποῦ ἄγχος* coniiciens prodit, mentem Lexicographi minus se perspexisse. Hoc enim volebat: quod vulgari Graecorum sermone *πῆ ἄγχος* significaret (legendum enim *πῆ ἄγχος, κῆγχος*), id rariore dialecto *κῆχος* pronunciari; etenim *π* et *κ* commutatis, *κῆ* et *ἄγχος*, idem quod *πῆ ἐγγύς* exprimentia, extrito *γ* et crasi adhibita, tandem *κῆχος* effecisse. Proinde quod Etym. M. per *ἐγγύς* explicat, Hesychio est *ἄγχι*, unde apud ipsum scribendum: *καὶ ἀντὶ τοῦ ἄγχι.* Ad priorem sententiam pertinet eiusdem Hesychii: *Κῆχος. τόπος. καὶ ποῖ κῆχος, ποῖ γῆς. ἄλλοι κῆγχος.* ultimum Eratosthenicae demonstrationi debetur. Porro Moeris p. 227. *κῆχος, ἀντὶ τοῦ δή, Ἀττικῶς·* ubi vera est Hudsoni emenda-

tio, *γῆ* pro *δή* reponentis. Crasin explicat Apollonius de Adverbio p. 596. f. *Οὕτως ἔχει καὶ τὸ συνεχέστερον λεγόμενον παρ' Ἴωσι κηγχός* (recte in excerptis p. 434. A. *κῆγχος.*), *ὃ ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου, Ἰωνικοῦ τε τοῦ κῆ ἀντὶ τοῦ πῆ, καὶ τοῦ μεταπεπλασμένου, λέγω τοῦ ἄγχος, ἴσως συναληλιμμένου τοῦ ᾱ εἰς τὸ η̄.* Dormitavit, nisi gravem corruptelam subiit, Etymol. M. p. 512, 23. *Κῆχος, ἐπίῤῥημα. ἀντὶ τοῦ ποῦ. τὸ κη, η Δωρικῶς· καὶ τροπῇ τοῦ π̄ εἰς κ̄· πῆχος γὰρ ἦν· ἀπὸ τοῦ πῆ, ὃ σημαίνει τὸ ποῦ, ὡς τό, πῆ ἔβη Ἀνδρομάχη; ἐκ τοῦ πῆ καὶ τοῦ ἄγχι* (l. *ἄγχος*) *γίνεται πῆχος καὶ κῆχος.* His igitur confectis, id quidem constat, eam explicationem, qua *κῆχος* idem ac *τόπος* sive *γῆ* foret, ideo falsam esse, quia *ποῖ* nisi cum genitivo construi non poterat. Restat iam Eratosthenis ratio, exponentis: qua in vicinia (apud Photium enim reponendum, *Ἐρατοσθένης δὲ τὸ ποῦ ἐγγύς.*); quae an verum tetigerit, nunc deficientibus locis decidi nequit: mira quidem ista etymologia neminem ab ea deterrebit. Nec veriore opinor coniectura quidquam ei detrahitur; suspicor enim *κῆγχος* per syncopen ex *κήναχος* a *κῆνος* derivatum, idem quod *κεῖθι* significans, provenisse; analogia adductus vetustissimorum adverbiorum *κύμβαχος, ὀψιχά* (*ὀ., ὀψέ. Βυζάντιοι.* Hesych.), *τῆμος, πῦς* (i. e. *πός*). Notissima sunt *ἀλλαχῆ, ἀλλαχοῦ· πολλαχῆ, πολλαχοῦ·* a nominativis in *αχος* desinentibus sine dubio derivata.

AD CRATINUM.

XXXVI. Athenaeus XI. p. 501. D. *Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισιν· Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους· Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ κωμῳδίας τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα· τῶν γὰρ φιαλῶν οἱ ὀμφαλοὶ καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι παρόμοιοι· εἰς δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀῤῥύθμως παίζονται.* Repetierunt Asclepiades et Didymus, qui etiam Lycophro-

nis sententiam, mirum quantum absurdam, conservavit. Cf. Hesychii *βαλανιομφάλους*, Ruhnkeniique auctarium.

XXXVII. Hesychius: *Παρ᾽ αἰγείρου θεά. Ἐρατοσθένης φησὶ, ὅτι πλησίον αἰγείρου τινὸς θέα· αἴγειρος δέ ἐστι φυτοῦ εἶδος· ἐγγὺς τῶν ἰκρίων. ἕως οὖν τούτου τοῦ φυτοῦ ἐξετείνετο καὶ κατεσκευάζετο τὰ ἰκρία, ἅ ἐστιν ὀρθὰ ξύλα, ἔχοντα σανίδας προςδεδεμένας οἷον βαθμούς, ἐφ᾽ οἷς ἐκαθέζοντο, πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον.* MS. *παραιγείρου θέα.* Idem *Αἰγείρου θέα. αἴγειρος ἦν Ἀθήνῃσι πλησίον τοῦ ἱεροῦ, ἔνθα πρὶν γενέσθαι θέατρον τὰ ἰκρία ἐπήγνυον.* et v. *θέα παρ᾽ αἰγείρῳ.* ubi vid. Alberti. Cum apud Aristophanem *παρὰ* cum genitivo apud nusquam significet, utrobique, adiuvante MS., legendum *παρ᾽ αἴγειρον*, ex Photio et Anecd. Bekk. p. 354, 25. *Αἰγείρου θέα καὶ ἡ παρ᾽ αἴγειρον θέα. Ἀθήνῃσιν αἴγειρος ἦν, ἧς πλησίον τὰ ἰκρία ἐπήγνυντο εἰς τὴν θέαν* (non accurate dictum), *πρὸ τοῦ θέατρον γενέσθαι. οὕτω Κρατῖνος.*

AD EUPOLIN.

XXXVIII. Cicero ad Atticum VI, 1. Quis enim non dixit, *Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας* ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit; num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Locos de Eupolidis morte praeter Petavium ad Themistium recenset Boëssius Miscell. p. 346.

AD PHERECRATEM.

XXXIX. Harpocrat. p. 119. *Μεταλλεῖς, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διοχάρη, εἰ γνήσιος. οἱ μέταλλα ἐργαζόμενοι μεταλλεῖς ὀνομάζονται. ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους Μεταλλεῖς, ὅπερ Νικόμαχόν φησι πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης ἐν ἑβδόμῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας.* His coniungendum:

XL. Photius: *Εὐθὺ Λύκειον, τὸ εἰς Λύκειον, ὅθεν Ἐρατοσθένης καὶ διὰ τοῦτο ὑποπτεύει τοὺς Μεταλλεῖς.* Qui Photium Platonis locum quendam respexisse putat, mutila tamen glossa, Ruhnkenius ad Timaeum p. 127, non satis caute ita sensit. *Εὐθὺ Λύκειον* recte ille explicabat *εἰς Λύκειον*, explicationisque indicem praemisit articulum: vid. Pierson. praef. ad Moerin p. 31. Plane eundem errorem idem Ruhnkenius admisit ad Tim. p. 59, apud Photium, *εἰς ὀλβίαν, ὡς εἰς μακαρίαν, τὸ εἰς ᾅδου*, exhibentem, *ἢ εἰς ᾅδου* reponens. Ammonius, de hac ipsa voce *εὐθύ* disputans, ubi ait p. 62. *τὸ εὐθὺ ἐτίθεσαν, τὸ ἐφ᾽ ὁδοῦ τῆς τεινούσης ἐπί τινος τόπου*, in offensionem Valckenarii incurrit. Mirum profecto, usum hunc grammaticorum frequentissimum (quo duce v. c. in Ammonio p. 103. *ὀλίγγην τὴν μικρὰν* restituas. et p. 127. *εἰ οὖν ἐστι στάφυλος ἀρσενικόν, διαφέρει δὲ τῷ σημαινομένῳ σταφυλὴ ἡ ὀπώρα, ὄντως ὀξύνεται*, pro vulgatis, *εἰ — σημαινομένῳ, ἡ σταφυλή, ὀπώρα δέ, ὅ. ὀ.*) hunc igitur usum viros eruditos male habuisse. At quis tandem, ut his utar, pervagatissima Grammaticorum loca de eodem genere deprompta, veluti *ἡ Κρητικὴ ἡ καὶ πυῤῥίχη*, quibus complendis homines docti non satis perspecte *λεγόμενος* et similia ingerunt (vide quos indicat Schaef. ad Gregor. Cor. p. 459.), ista tot loca tantos viros fugisse arbitretur? Sed Valckenarius (v. ad Schol. Eurip. Phoen. 342.) postmodo veriora secutus est. Etiam Lobeckius, dum ad Phrynich. p. 144. Photii verbis abutitur, aliud agebat. Iam Eratosthenis crisin vere et ingeniose excogitatam esse, id indicio est, quod nondum exemplum vocis *εὐθύ* cum accusativo constructae prolatum fuit. Inter fragmenta autem ex spuria fabula prolata equidem nonnisi duo repperi, quae adulterinam arguant: primum apud Erotianum p. 56. *ἁρμοῖ· ἡσυχῇ, μικρῶς, ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν*

(editur *Μεταλλοῦσιν*); alterum in prolixa eaque non inficeta lacinia Athenaei VI. p. 269. B. *τὰ δὲ μῆλ' ἐκρέματο τὰ καλὰ τῶν καλῶν ἰδεῖν*: qualis locutio tragicum decet, a comicorum autem sermone, cum parodia non quaeritur, abhorret. At vero id fragmentum magnam partem ex Teleclidis versibus paullo ante memoratis concinnatum fuit; arguit expilatorem etiam versus 28. ad Aristophanea effictus:

ἀρτίως
ἠβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι.

Ceterum eiusdem Eratosthenis de alia Pherecratea iudicium esse videtur, quod attigit Athenaeus VIII. p. 364. A. *Τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος, εἴτε Φερεκράτης ἐστίν, εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικός, ἢ ὁστισδήποτε.*

AD INCERTOS COMICOS.

XLI. Diogenes Laert. VII, 5. *Καὶ πρότερόν γε Στωϊκοὶ ἐκαλοῦντο οἱ διατρίβοντες ἐν αὐτῇ* (sc. *τῇ ποικίλῃ στοᾷ*) *ποιηταί, καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης ἐν ὀγδόῃ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας.* Hesychius: *Στωϊκοί. οὐ μόνον οἱ ἀπὸ Ζήνωνος φιλόσοφοι, ἀλλὰ καί τινες Γραμματικοί.*

XLII. Hesychius: *Ῥοίκου κριθοπομπία. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων, βασιλέα τοῦτον αἰχμάλωτον γενόμενον, εἶτα ὑποστρέψαντα πρὸς ἑαυτόν, τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὰς ἐκπέμψαι φησίν.* Ad Hesychii *Ἀφρόδιτος.* — *ὁ δὲ τὰ περὶ Ἀμαθοῦντα γεγραφὼς Παιάνισον ἄνδρα τὸν θεὸν ἐσχηματίσθαι ἐν Κύπρῳ λέγει·* Sopingius cum Meursio de Cypro p. 27. Eratosthenem indicari putat, oblitus, istam appellationem scriptori ignoto vel incerto, non Eratostheni convenire. Hesychii locum repetiit Suidas, ita tamen, ut vestigia veri verborum intellectus reliquerit: *Ῥύκου κριθοπομπία. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ θ' φησι, βασιλέα τοῦτον αἰχμάλωτον γενόμενον, εἶτα ὑποστρέψαντα εἰς ἑαυ-*

τόν, τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὴν ἐκπέμψαι. Nimis creduli et Hesychii interpretes, et Fellus ceterique Amathusiorum opus Nostro adiudicarunt, ipsa vocabuli forma operi indicando minus legitima errorem coarguente. Afferuntur enim nonnisi *Ναξιακά, Μιλησιακά, Λυδιακά, Βιθυνιακά, Δηλιακά, Θηβαϊκά, Αἰγυπτιακά*, et quae huius sunt generis; *ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας* nihil huic rationi repugnat. Accedit, ut plane fidem excedat, de Amathunte, non ignobili illa urbe, neque vero ita insigni, ut libris quis describeret, Eratosthenem, virum breviloquentem (conferantur, quae ad finem Geographicorum prolata sunt), ipsis novem opusculis disseruisse, tacente Strabone, qui paucis oppidum memoravit; ac prorsus improbabile est, locutum de Rhoeci donario eum *κριθοπομπία* voce facinus designasse, adeo insueta, ut Lexicographos nostros fugerit, quae quidem aperte speciem dicterii a comico compositi praeferat. Verum Hesychii explicatores talium non adeo curiosi, utrum quid recte an secus expositum sit, negligere solent. Ita igitur Hesychius interpungendus: *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ θ', τῶν Ἀμαθουσίων βασιλέα· τοῦτον* —, glossa comico attributa, istam Rhoeci ignorabilem liberalitatem (frumenti ab hoc praeter alios Atheniensibus donati meminit Hemsterhus. apud Dobraeum ad Pluti 178.) passim a civibus pro more iactatam cavillanti. Ac si expendas, ex libro nono locum ad Aristophanem spectantem afferri, hoc quoque fragmentum eidem festivissimo poetae non immerito vindicaveris. De re considerandus Hipponax ap. Strab. VIII. p. 340 f. *Ἀμαθουσίων πυρόν* memorans. Ceterum libri cuius partem nonum hoc opusculum constitueret indicium Hesychius non magis quam Suidas omisisse putandus est, tum ob insignem operis illius famam, tum quia tantus librorum numerus nisi ad commentarios de antiqua comoedia pertinere non poterat. V. infra ad fr. XLIV.

XLIII. Idem: *Ἀλκεόν. ὅπλον ἢ ἀλεξιφάρμακον φυτόν. Ἐρατοσθένης δέ, ὄνομα εἶναί τινος ἀνθρώπου κωμῳδουμένου. Ἀλκαῖον* ex ordine litterarum legunt et de Alcaeo comico intelligunt.

XLIV. Photius: *Εὔκλεια, καὶ τὰ ὅμοια; μακρὰ ἡ τελευταία. καὶ παροξύνεται, ὥσπερ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν ιβ' περὶ* . . . Alberti indice auctorum apud Photium et ad Hesych. v. supplendum videtur ex Athen. XI. p. 501. D. *κωμῳδίας*. Potius corruptelam voci *περί* ad sequentia fortasse quae exciderunt trahendae coniicerem subesse: *κωμῳδίας* enim excidisse non ita verisimile est. De ista in excitandis titulis breviloquentia, qua etiam Callimachi *Αἴτια* passim per libros unice designantur, modo fuit dictum *).

XLV. Idem: *Σάμακα, Ἐρατοσθένης ἀπέδωκε, τὸν φορμόν.* Hesychius: *Σάμαξ. — οἱ δὲ φορμόν.*

XLVI. Etymolog. M. p. 529, 39. *καὶ κατὰ κόῤῥης, λέγεται τὸ τὴν σιαγόνα πλῆξαι. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἄπυσαν τὴν τῆς κεφαλῆς πληγήν. κόρσην γὰρ τὴν κεφαλὴν λέγεσθαί φησι, μεταβεβλῆσθαι δὲ τὸ σ εἰς τὸ ρ Ἀττικῶς, ὡς ἐπὶ τῆς μυῤῥίνης καὶ τοῦ ταῤῥοῦ· ἔστι γὰρ μυρσίνη καὶ ταρσός.* Atticismum de recentiore Attica dialecto intellige, qualem etiam Moeris passim significat. Pro *ἄπυσαν* Etymol. Gudianum p. 303, 31. et Anecd. Bekk. p. 255. praebent *ἄπασαν* quod coniecerat Sylburgius. Ad vocem *κόρση* de capite usurpatam quaedam dedit Blomfield. ad Callimachi h. Dianae 78. Ceterum Eratosthenis sententiam praecipere videtur Pollux II, 40.

XLVII. Athenaei IV. p. 140. A. Didymus: *Τῆς δὲ κοπίδος μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν, Ἐπίλυκός τε ἐν Κωραλίσκῳ, λέγων*

*) De hoc Eratosthenis praecepto alibi data opera plura proponam.

οὕτως· πότ' ἂν κοπίδ' οἰώσωμαι (Schweighaeuseri quoque capitale est commentum οἴσωμαι) ἐν Ἀμυκλαῖον, παραγγέλλωσι βάρακες πολλοὶ κἄρτοι καὶ ζωμὸς μάλα ἁδύς. διαῤῥήδην λέγων, μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι· τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν· οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων, ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης. Casaubonus ita coniecit: ὁπόταν κοπίδα οἴσωμαι (sic) ἐν Ἀμυκλαῖον ἱερόν, ὅπερ ἀγγέλλουσι βάρακες πολλοὶ καὶ ἄρτοι καὶ ζωμὸς μάλα ἁδύς. Monet idem Casaubonus, verbis Hesychii (βάρακες τὰ προφυράματα τῆς μάζης. — δηλοῖ δὲ καὶ τὴν τολύπην. Βάρβαξ (digammo illata). — καὶ φύραμα στρογγύλον, ἀφ' οὗ αἱ μάζαι γίνονται. καὶ ἐρίων τολύπαι.), quid appellarit Eratosthenes προφυράματα τῶν μαζῶν intelligi, universam nimirum massam, quae in mactra subacta est, priusquam in plures mazas dividatur. Eratosthenis explicatio, utpote accuratius rem circumscribens, prae illa Didymi vera videtur. Sed haec in clariore ponere luce aliorum sit, maximeque docere, quis fuerit Epilycus, homo ignorabilis, et quomodo istud fragmentum componatur.

XLVIII. Plinius XXII, 43. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine limoniam appellat. Frutex est, nunquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulci: Eratostheni quoque laudata in pauperis coena. Memorat Epicharmus ap. Athen. II, p. 71. A., omninoque verisimile est, ab Eratosthene eam vocem fuisse explicitam, cum ipso fragmento apud Hesychium vile cibi genus, quo quis sese iactarit, designetur. Ita ille: Κομψεία. ποικίλη λαλιά, καὶ πανουργία. ἢ οἱ σκόλυμοι. ἔνιοι τὰ τῶν κοσσύφων κρέη (sic). οἱ δὲ γένος λαχάνων, ὅπερ τινὲς ἱπποσέλινον ἢ σμυρνίον. Perspicue expositionem haec glossae comicae, et propriam vocabuli vim, et eum significatum, qui poetae dicto conveniat, exhibentem, quae glossa de homine non sa-

tis insigni adhibita fuit, continent: potuit tamen Hemsterhusius Hesychium non levis insimulare erroris. Ut enim nihil sive virtutum sive vitiorum extabat, quod Athenis non reperiretur, ita ne talis quidem iactantia insolens fuisse videri debet. Videndus omnium instar Aristophanes Eccles. 431 sqq.

Μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
παρῆλθε γυμνός, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν,
αὐτός γε μεντοὔφασκεν ἱμάτιον ἔχειν.

Deinde conferendus idem Vesp. 1307.

οὗτος, ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον ἀντὶ μήλου καὶ ῥοᾶς
δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.

XLIV. Eustathius ad Od. β'. p. 1445, 41. = 96, 3. *ἤϊα κυρίως κατὰ Ἐρατοσθένην ὀσπρίων καλάμαι. καὶ δισυλλάβως ἐν συναιρέσει ἦα, ὡς καὶ Φερεκράτης· τὴν γαστέρ' ἠων κἀχύρων σεσαγμένους.* Photius: *Ἤϊα, τὴν τῶν ὀσπρίων καλάμην. οὕτως Ἐρατοσθένης.*

L. Anecdota Bekk. p. 215. *Ἀποκήρυκτος ὁ ἐπὶ ἁμαρτήμασιν ἐκπεσὼν τῆς πατρῴας οἰκίας· ἐκποίητος δὲ ὁ ἑτέρῳ δοθεὶς εἰςποιήσασθαι. οὕτως Ἐρατοσθένης.* Similia Ammonius p. 19. ad quem vid. Valckenarius Animadv. I, 6. Intpp. Moeridis p. 83 sq. Ex Eratosthenis igitur commentariis discrimen quod grammatici inter utrasque voces constituunt provenit.

LI. Athenaeus XI. p. 499. E. postquam de triplici vocis *λάγυνος* genere exposuit, argumenta sua hisce concludit: *Ἐρατοσθένης δέ φησι, λέγεσθαι τὴν πέτασον καὶ τὴν στάμνον ὑπό τινων.* Nondum de hoc loco propositum est, quod operae pretium faciat denuo relatum. Si enim quod in promptu lacunam ponis, non adeo perspicitur, quanam adductus caussa, *τοῦ λάγυνος* genus femininum confirmaturus, nomen *τὴν πέτασον* potuerit Eratosthenes adiungere: quod neque a significationis societate commendaretur, neque, si modo varia vocabula generis feminini, secundae declinationi adscri-

pta, comparanda erant, iste usus longe rarissimus voc. *πέτασος* commemorari deberet. Proinde verbis *τὴν πέτασον* mendum non facile eluendum inhaerere iudicaverim.

LII. ATHENAEUS II. p. 41. D. *Ἀθηναῖοι δὲ μετάκερας καλοῦσι τὸ χλιαρόν· ὡς Ἐρατοσθένης φησίν, ὕδαρές φησι, καὶ μετάκερας.* Duplex hic datur explicationis via, prior, ut ex Eratosthenis dicto Atheniensium usus comprobetur; altera, ut explicitum id vocabuli ab insigni Critico censeatur. Istam Petitus elegit, emendatione allata, *ὕδωρ ῥέει καὶ μετάκερας,* omnino nisi *καί* obstitisset Schweighaeuseri nactura assensum, usquequaque illa pravissima. Nihilo melius idem Athenaei editor, *ὕδωρ ῥεῖ φύσει μετάκερας,* coniecit, adiuvari sese opinatus codicis A. interpunctione, *Ἐρατοσθένης, φησὶν ὑδαρῆ* (sic), memorata Animadv. T. I. p. 504. Eratosthenes, genuini licet Atticismi potitus, cuinam tandem normam praestare visus est Attici sermonis? Qui si vocem ita interpretatus fuit, *ὑδαρὲς καὶ μετάκερας,* quae ex more Grammaticorum significarent, *ὑδαρές,* quod idem est ac *μετάκερας·* non potuit certe illud *ὑδαρές,* tepidum nunquam designans, ad alterum aequiparari. Sed Epitomator aut turbavit, aut lacunâ fecit damnum. Quae enim Athenaeus proposuerat, ipse satis perspicue, ut omnis removeatur dubitatio, tradit libro III. p. 123. E. *Τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσιν, ὡς Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ. Ἄλεξις δ' ἐν Λοκροῖς·*

αἱ δὲ παῖδες παρέχεον,
ἡ μὲν τὸ θερμόν, ἡ δ' ἑτέρα τὸ μετάκερας.

Καὶ Φιλήμων ἐν Κορινθίᾳ. Ἄμφις δ' ἐν Βαλανείῳ·

ἀνεβόησ' ὕδωρ ἐνεγκεῖν θερμόν, ἄλλος μετάκερας.

Iam demonstrat ista *Ἄλεξις δ',* testante locorum indole, aliam vocis vim, nimirum frigidam aquam calidae admixtam, significari. Atqui humorem frigidum

idem indicabat ὑδαρές· vide quae enumeravit Blomfield. glossario Agam. 771. Quod si confertur Hesychius, *μετακέρας* declarans, *τὸ εὔκρατον ὕδωρ, ἢ χλιαρόν*, cum Photianis: *μετακέρας, τὸ εὔκρατον ἢ τὸ ψυχρόν· Φιλύλλιος*· non potest amplius dubitari, quin ad eum ipsum Philyllii locum commentariis suis Eratosthenes alterum adsciverit vocabulum. Epitomae locum corrigat a codicibus instructior; interim, si Philyllii sententia voci *ὑδαρής* obiter explanandae admovebatur, hunc fere in modum constitueris, indiciis lacunae praefixis: *** *καὶ Ἐρατοσθένης φησὶν ὑδαρές καὶ τὸ μετάκερας*· posterius quidem *φησί* non poterit observatis ad Geogr. p. 100. defendi.

VII. DE CHRONOGRAPHIIS.

Opus de Chronographiis cum appendice sua de Olympionicis singulari volumine et tempora quam accuratissime disposita, et facta inprimis memorabilia, prae ceteris fata eruditorum hominum, persequebatur: nondum enim antiqui, nedum Eratosthenis ingenium, ad annos ab rebus gestis seiungendos delapsi erant. Priorem partem duo tantummodo auctores*) nominatim designant, Dionysius Halicarnassensis, χρονογραφίας, Harpocratio, περὶ χρονογραφιῶν commemorans (Syncellus enim nullum affert momentum), quorum index posterior, collata Hesychii significatione in Polemonis caussa prolata p. 4, genuinus videbitur. Librum quidem laudavit Dionysius, in consilium saepenumero adhibuit Apollodorus, eodem quo in Geographicis compilandis instituto alienam intermiscens doctrinam. Eratosthenes tamen minus quam pro molestia et difficultatibus illius argumenti gloriae videtur reportasse; verum ne hic quidem diligentiam aut acumen viri desideres consuetum: quin et Graecorum et Aegyptiorum historias illic complexus est.

Iam Graeciam haecce fragmenta attingunt:

*) Fellus Eratosthenem de Chronographis, quem librum a Chronologia seiunxit, a Clemente Stromatum libro primo, nescio unde, afferri dicit.

I. Censorinus c. 21. Secundum tempus a cataclysmo priore ad Olympiadem primam. — Secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et IↃC. annos esse creditur, a priore scilicet cataclysmo — anni circiter CCCC., hinc ad Olympiadem primam paullo plus CCCC. Quos solos, quamvis mythici temporis postremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos, quidam certius definire voluerunt. Et quidem Sosibius scripsit, esse CCCXCV., Eratosthenes autem, septem et CCCC.

II. Clemens Alexandr. Strom. I. p. 336. B. *Ἐρατοσθένης δὲ τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει· Ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ὀγδοήκοντα· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ἑξήκοντα· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς, ἐπὶ μὲν τὴν ἐπιτροπίαν τὴν Λυκούργου, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα ἐννέα· ἐπὶ δὲ προηγούμενον ἔτος τῶν πρώτων Ὀλυμπίων* (*Ὀλυμπιάδων*, credo), *ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ· ἀφ' ἧς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τὴν Ξέρξου διάβασιν, ἔτη διακόσια ἐννενήκοντα ἑπτά· ἀφ' ἧς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἔτη τεσσαράκοντα ὀκτώ· καὶ ἐπὶ τὴν κατάλυσιν καὶ Ἀθηναίων ἧτταν, ἔτη εἴκοσι ἑπτά· καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, ἔτη τριάκοντα τέσσαρα· μεθ' ἣν ἐπὶ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἔτη τριάκοντα πέντε· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μεταλλαγήν, ἔτη δώδεκα.* Anonymus Vita Homeri ap. Galeum opusc. myth. p. 284. *κατὰ τὴν Ἰώνων ἀποικίαν, ἥτις ὑστερεῖ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου ἔτεσιν ἑξήκοντα, τὰ δὲ περὶ τοὺς Ἡρακλείδας λείπεται τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα.* Deinde Plutarchus Lycurgi initio: *οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος, οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.* Nodum gladio expediit Timaeus

ab eodem memoratus, duos Lycurgos extitisse opinatus; Aristoteles autem infirmo nitebatur argumento.

Nonnullas huius calculi rationes comprobavit Apollodorus, ceteris deteriores substituit, ap. Diodorum prooem. 5. *ἀπὸ δὲ τῶν Τρωϊκῶν, ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη πρὸς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν, ἀπὸ δὲ ταύτης ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα δυσὶ λείποντα τῶν τριακοσίων καὶ τριάκοντα, συλλογιζόμενοι τοὺς χρόνους ἀπὸ τῶν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων.*

Alio pertinet locus:

III. Clem. ibid. p. 337. A. *ἀπὸ τούτου* (Heraclidarum reditu) *ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ᾽ οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι —, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα* (*ἔτη*). Non accuratissime haec computatio prioribus convenit.

IV. Homeri aetatem ex Eratosthenis sententia plures commemorant: Clemens l. l. p. 327. B. *Ἐρατοσθένης δὲ μετὰ τὸ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν Ὁμήρου ἡλικίαν φέρει.* Vocem *ἡλικίαν* hic quoque, ut videtur, de aetate florenti dictam illustrat Bentleius Phalarideis p. 181. Tatiani oratio ad Graecos p. 106. (*περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου καθ᾽ ὃν ἤκμασεν προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι.*) — *ἔπειτα γραμματικοί, Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης.* p. 108. *οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη* (*φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι*) *μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως.* Syncellus p. 180. D. *Ὅμηρον τὸν παρ᾽ Ἕλλησι μέγαν ποιητὴν οἱ μὲν πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶ γεγονέναι περικρατήσαντα, οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένην μετὰ ἔτη ρ´ τῶν Τρωϊκῶν.*

V. Dionysii Halic. A. R. I, 46. de anno Urbis conditae: *Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον· ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος, εἰ καί τις ἄλλος,*

εἰς

εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. ὅτι δέ εἰσιν οἱ κανόνες ὑγιεῖς οἷς Ἐρατοσθένης κέχρηται, καὶ πῶς ἄν τις ἀπευθύνοι τοὺς Ῥωμαίων χρόνους πρὸς τοὺς Ἑλληνικούς, ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι λόγῳ. Dionysium compilavit Syncellus inde supplendus p. 194. init. *Καὶ Πόρκιος δὲ Κάτων, ἀνὴρ φιλόπονος περὶ συναγωγὴν τῶν ἀρχαιολογουμένων ἱστοριῶν, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ χρόνοις ὕστερον υλβʹ. οὗτος δὲ ὁ χρόνος κατὰ τὴν τοῦ Ἐρατοσθένους χρονολογίαν τῷ πρώτῳ ἔτει συμπίπτει [τῆς ἑβδόμης] Ὀλυμπιάδος.* Praeterea Solinus, sed minus accurate, c. I, 27. Eratosthenem excitavit: Cincio Romam duodecima Olympiade placet conditam, Pictori octava, Nepoti et Lutatio opinionem Eratosthenis et Apollodori comprobantibus Olympiadis septimae anno secundo. Apollodori mentio Heynium fugit.

VI. *Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἀγών* p. 327. ed. Heinsii = 242. Robins. postquam Alcidamante auctore ab Amphiphane et Ganyctore Phegei filiis eorum hospitem Hesiodum utpote stupri ipsorum sorori illati apud eos suspectum, interfectum esse tradiderat, pergit: *Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ἐν Ἀνδραπόδῳ* (vulgo *Ἐνηπόδῳ*) *Κτίμενον καὶ Ἄντιφον τοὺς Γανύκτορος ἐπὶ τῇ προειρημένῃ αἰτίᾳ ἀνελθόντας σφαγιασθῆναι θεσμοῖς* (adde *τοῖς*) *ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως· τὴν μέντοι παρθένον, τὴν ἀδελφὴν τῶν προειρημένων, μετὰ τὴν φωρὰν ἑαυτὴν ἀναρτῆσαι· φθαρῆναι δὲ ὑπό τινος ξένου, συνόδου τοῦ Ἡσιόδου, Δημώδους ὄνομα, ὃν καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τῶν αὐτῶν φησιν.* Legendum, *ὑπὸ τῶν ἀστῶν*: mendum non adeo frequens ex Dionysio Halic. P. Leopardus Em. I, 16, ex Euripide Valckenarius, ex Aristophanis Thesmoph. 541.

Brunckius sustulerunt; cuius poetae alius quoque locus eadem medela (ʽἀσταί) redintegrandus erat, Eccles. 751, ubi novissimus interpres insigniter coecutiit. Haud scio an eadem labes Athenaeo sit detergenda X. p. 425. E. *Καὶ τὴν ῞Ηβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς, ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια:* Deos certe non potuit sic simpliciter *αὐτοῖς* significare; quocirca legendum videtur, *αὐτοῖς τοῖς θεοῖς, διὰ τὸ ἡ. κ. τ. σ.* Certissime tamen ita est restituendus Lucianus Reviv. 34. p. 603, 53. Sed *Ἐνηπόδῳ* illud, cui de suo, ut videtur, *Ἀνδραπόδῳ* Robinsonus substituit, tentationem experiebatur Lucae Holstenii, ad Steph. Byz. v. *Ἄστυ* vulgatam lectionem *Ἠριγόνῳ*, in Miscell. Observ. N. II. p. 118 sq. idem nostro reddendum testi commonentis. At etiamsi *Ἠριγόνῳ* non esset falsum vocabulum, tamen illo in poematio istiusmodi de Hesiodo narratio locum suum nusquam poterat obtinere. Ego, cum Hesiodum et secundum Eratosthenem, et plerosque vetustos grammaticos, Homero multo recentiorem fuisse constet, neque historicae si qua ea est veritati repugnare, neque ab receptis litteris nimium mihi recedere videor, reponendo: *ἐν ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι* (ενη οπδῳ). Hanc ubi historiam tangit Pausanias IX, 31. p. 772, aperte fallitur, tradens: *ὅτι μὲν γὰρ οἱ παῖδες τοῦ Γανύκτορος, Κτίμενος καὶ Ἄντιφος, ἔφυγον εἰς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον, καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι* (*ΔΓ* immuta in *ΑΙ*) *σφίσιν ἡ δίκη, τάδε μὲν καὶ οἱ πάντες κατὰ ταὐτὰ εἰρήκασι.*

VII. Diogenes Laert. I, 119. *Ἄνδρων δ᾽ ὁ Ἐφέσιος δύο φησὶ γεγονέναι Φερεκύδας, Συρίους, τὸν μὲν ἀστρολόγον, τὸν δὲ θεολόγον —. Ἐρατοσθένης δ᾽ ἕνα μόνον, καὶ ἕτερον Ἀθηναῖον γενεαλόγον.* Verissimam Eratosthenis sententiam Salmasius, cuius diffusa

extat de Pherecyde disputatio, Plin. Exercitt. I. p. 594. init. reiecit.

VIII. Harpocratio p. 77. Εὔηνος, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ᾽ Αὐτοκλέους. δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ Χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι· γνωρίζεσθαι δέ φησιν τὸν νεώτερον μόνον. Μέμνηται δὲ θατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων. Locis nempe, quos praestabit nota ad Phaed. 10. Eadem fere Suidas. Horum seniorem Socratis aequalem, iuniorem ipsius Eratosthenicae aetatis opinatur Goeller. ad Philistum p. 118. Manifestam ineptiam, abunde illis, γνωρίζεσθαι δέ φησιν τὸν νεώτερον μόνον, coargutam, vel indicasse sufficit.

IX. Vita Euripidis post Bacchas Elmsleii: ἐτελεύτησε δέ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, οε̄. Hoc verum.

X. Sorani vita Hippocratis ap. Fabric. Bibl. Gr. XII. p. 675. ed. pr. μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ Ἐρατοσθένης, καὶ Φερεκύδης, καὶ Ἀπολλόδωρος, καὶ Ἄρειος ὁ Ταρσεύς. Hic quoque locus Apollodori apud Heynium desideratur.

XI. Plutarch. Demosth. p. 850. B. ἐπεὶ τόλμαν γε καὶ θάρσος οἱ λεχθέντος ὑπ᾽ αὐτοῦ (a Demosthene) λόγοι τῶν γραφέντων μᾶλλον εἶχον, εἴ τι δεῖ πιστεύειν Ἐρατοσθένει καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ καὶ τοῖς Κωμικοῖς, ὧν Ἐρατοσθένης μέν φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς λόγοις πολλαχοῦ γεγονέναι παράβακχον.

XII. Idem p. 860. B. de eodem Demosthene: Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἐν κρίκῳ φησὶ κοίλῳ τὸ φάρμακον φυλάσσειν, τὸν δὲ κρίκον εἶναι τοῦτον αὐτῷ φόρημα περιβραχιόνιον. Decem Oratorum Vitae p. 847. B. Ἐρατοσθένης δέ, ἐκ πολλοῦ δεδοικότα Μακεδόνας περὶ τῷ βραχίονι κρίκον περικεῖσθαι πεφαρμαγμένον.

De utroque loco ita censet Heerenius de fontibus et auctoritate Vitt. Plutarchi p. 90, Eratosthenes num peculiarem de Demosthene librum ediderit incertum esse; inter sexcentos tamen quos ediderit commentarios unum etiam Demostheni eum consecrasse, probabile saltem videri. At vero sexcentos Eratosthenem libros protulisse, plus quam rhetorica amplificatio est, siquidem opera quae quidem re vera prodierint ne denarium quidem numerum excesserunt. Deinde etiamsi permulta ille reliquerit, non ideo novum ei statim ingenii fetum attribuerim. Longe enim alia mente, quam recentioris aevi homines complures, cum ii scripserunt, qui ab antiquae Graeciae temporibus non nimis distabant, tum Eratosthenes: qui si quam rem semel attigissent, nondum super isto argumento libros extuderunt, sed perspecto demum, ad multa litterarum genera vim inde non vulgarem exerceri, mentis condiderunt monumenta; inter recentiores autem tot de quocunque campo volumina conficiuntur, ut litteras immensum quantum utique promotas fuisse non possis admirari. Verumtamen his missis, quid tandem Plutarcheis fragmentis inest, quo novum opus iure colligatur? Posterius profecto, utpote de morte Demosthenis exponens, aperte Chronographiis congruit: at ne alterum quidem accuratius rem exploranti ab illo argumento quomodocunque abhorrere videatur. Pleraeque enim paucarum quae de chronologico Eratosthenis libro reliquiae huc pervenerunt historiam litterarum spectant, mentione vel minus celebrium auctorum, veluti Euenorum, iniecta. Iam vero, si non Eratosthenis nomen, at certe Apollodori exemplum, geographica historiis ex genere litterato coniuncta proponentis, satis commonefacit, Chronographias et rerumpublicarum fata, et doctrinarum artiumque origines ac progressus, per illustrissimos scriptores designantes, memoriae consecra-

visse. Huc accedit, quod caussa utcunque probabilis de eo, cur Eratosthenes super ipso oratorum principe singularem libellum composuerit, non potest ulla praetexi. Quibus sic diremtis, altera quaestio eadem via deciditur, eam dico, quam sequentia de Alexandro Macedone fragmenta pepererunt. Illinc enim historiam Eratostheni elaboratam, quae in rebus gestis celeberrimi regis versaretur, statuerunt Ste — Croix (Examen critique des historiens d' Alex. p. 52.), Schmiederus praefat. ad Arriani Exped. Alex. p. 33, hic quidem absurdo usus argumento, ad Arrianea *καθάπερ Ἐρατοσθένης ἱστόρηκεν* pertinenti, aliique. Mirere his omnibus Harlesium ad Fabricii Bibl. Gr. IV. p. 127. acutius vidisse. Si quis enim distincte commentarium istum de Alexandro commemoraret, esset sane quod ambigeretur, cum praesertim ob geographicas suas disquisitiones praecipuam viro insigni curam insumpsisse, Nostrum minime vero distaret. At cum Chronographiae ut indicatum est tales fuerint, ut etiam proxime subiungenda recipere potuerint, nihil opinor eidem operi assignare prohibuerit. Sunt igitur haec:

XIII. Plutarch. Alexandro p. 665. E. *ἡ δὲ Ὀλυμπιάς, ὥς Ἐρατοσθένης φησί, προπέμπουσα τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν στρατείαν, καὶ φράσασα μόνῳ τὸ περὶ τὴν τέκνωσιν ἀπόῤῥητον, ἐκέλευεν ἄξια φρονεῖν τῆς γενέσεως.* Schmiederus praef. l. l. p. 32. hanc suam ut erat acutus sententiam patefecit, Plutarcho sese collato aliis in rebus praeter geographicas merito fuisse Eratostheni fidem abnegatam divinare. Duplicem scilicet rationem hic relictam ignoravit, alteram ab eiusmodi mulierum narrationibus non rarissimis adsciscendam, quam sagaciter explicuit Lessingius Laocoonte p. 28, 29; posteriorem, quae copiis innititur, uni omnium Eratostheni, et exquisitissimis, et prae ceteris genuinis, redundantibus, ut illam Olympiadis sententiam inde

proficisci potuisse nemo facile renuerit. Cf. Heinsterh. ad Lucian. p. 390.

XIV. Idem ib. p. 682 extr. sq. *Ἀλέξανδρος δὲ τὴν ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος ἤλαυνεν ἐπὶ Δαρεῖον, ἑκατὸν μυριάσιν στρατοῦ καταβαίνοντα. καί τις αὐτῷ φράζει τῶν ἑταίρων, ὡς δὴ γέλωτος ἄξιον πρᾶγμα, τοὺς ἀκολούθους παίζοντας, εἰς δύο μέρη διῃρημένους σφᾶς αὐτούς, ὧν ἑκατέρου στρατηγὸν εἶναι καὶ ἡγεμόνα, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον, τὸν δὲ Δαρεῖον ὑπ' αὐτῶν προςαγορευόμενον, ἀρξαμένους δὲ βώλοις ἀκροβολίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, εἶτα πυγμαῖς, τέλος ἐκκεκαῦσθαι τῇ φιλονεικίᾳ, καὶ μέχρι λίθων καὶ ξύλων πολλοὺς* (f. *πολεμίους*) *δυςκαταπαύστους γεγονότας. ταῦτα ἀκούσας ἐκέλευσεν αὐτοὺς μονομαχῆσαι τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τὸν μὲν Ἀλέξανδρον αὐτὸς ὥπλισεν, τὸν δὲ Δαρεῖον Φιλώτας. ἐθεᾶτο δὲ ὁ στρατὸς ἐν οἰωνῷ τινι τοῦ μέλλοντος τιθέμενος τὸ γιγνόμενον. ἰσχυρᾶς δὲ τῆς μάχης γενομένης, ἐνίκησεν ὁ καλούμενος Ἀλέξανδρος, καὶ δωρεὰν ἔλαβεν δώδεκα κώμας, καὶ στολῇ Περσικῇ χρῆσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν Ἐρατοσθένης ἱστόρηκεν.* Haec quoque Schmiedero fabulosa videbantur, mihi viri indicia, Alexandri ingenium etiam minutis significationibus accurate patefacientis.

XV. Arrian. Exped. Alex. V, 3. init. *Καὶ ταῦτα ὅπως τις ἐθέλοι ὑπολαβὼν ἀπιστείτω ἢ πιστευέτω. Οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντῃ ξυμφέρομαι, ὃς λέγει, πάντα ὅσα εἰς τὸ θεῖον ἀναφέρεται ἐκ Μακεδόνων, πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς τὸ ὑπέρογκον ἐπευφημηθῆναι.**) *Καὶ γὰρ καὶ σπήλαιον λέγει ἰδόντας ἐν Παραπαμισάδαις τοὺς Μακεδόνας, καί τινα μῦθον ἐπιχώριον ἀκούσαντας, ἢ καὶ αὐτοὺς ξυν-*

*) *Ἐπιφημισθῆναι* Lobeck. ad Phrynich. p. 597, quo utut probabili non opus est, si exempla vocis *ἐπευφημεῖν*, in praeconium afferre denotantis apud Euripidem Aeschylumque, admoventur.

θέντας, φημίσαι, ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ ἀετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε, τὸν δὲ Καύκασον τὸ ὄρος ἐκ τοῦ πόντου ἐς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς γῆς καὶ τὴν Παραπαμισάδα χώραν ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς μετάγειν τῷ λόγῳ τοὺς Μακεδόνας, Παραπάμισον ὄντα τὸ ὄρος αὐτοὺς καλοῦντας Καύκασον, τῆς Ἀλεξάνδρου ἕνεκα δόξης, ὡς ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἄρα ἐλθόντα Ἀλέξανδρον. ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ βοῦς ἰδόντας ἐγκεκαυμένας ῥόπαλον, τεκμηριοῦσθαι ἐπὶ τῷδε, ὅτι Ἡρακλῆς ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο. Ὅμοια δὲ καὶ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης ἀπιστεῖ Ἐρατοσθένης· ἐμοὶ δ᾽ ἐν μέσῳ κείσθων οἱ ὑπὲρ τούτων λόγοι. Cf. Geograph. fr. CVI., ad quod hoc fragmentum pertinuisse opinere. Eratostheni iure accedit Ste-Croix p. 389 sq.

XVI. Plutarchi Moralia p. 329 extr. sq. *Ἀλέξανδρος οὐ τὴν ἐσθῆτα προσήκατο τὴν Μηδικήν, ἀλλὰ τὴν Περσικήν, εὐτελεστέραν οὖσαν· τὰ γὰρ ἔξαλλα καὶ τραγικὰ τοῦ βαρβαρικοῦ κόσμου παραιτησάμενος, οἷον τιάραν καὶ κάνδυν καὶ ἀναξυρίδας, ἐκ τοῦ Μακεδονικοῦ καὶ Περσικοῦ τρόπου μεμιγμένην τινὰ στολὴν ἐφόρει, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἱστόρηκεν.*

Olympionicarum opusculum si minus Chronographiis praefixum legebatur, certe simul cum illis Eratosthenes ediderat. Sane Fellus pro more singularem sibi librum hinc collegit, neque in contrariam partem Galeus verum tetigit, Chronographias altera inscriptione de Olympionicis insignitas fuisse: sed Vossius de histor. Gr. p. 110, tandem aliquando praeiudicatis opinionibus liber, quamvis cum dubitatione, dudum recte censuerat. Ea tamen quaestio prolixa non indiget argumentatione. Olympiadum enim ratio Chronographiis conscribendis pernecessaria non potuit aliunde quam

congerendis ac diiudicandis Olympionicis intelligi et confirmari.*) Quo in labore iam Timaeus praeierat, qui Olympionicas cum Ephoris, Archontibus, Argivis sacerdotibus comparabat, ingenti Siculorum Italicorumque hominis ambitu has quoque computationes complexo, quantumvis Suidas seiungat. Nolim tamen ad eam sententiam stabiliendam magis collatoris fragmentorum somniis, quam ipsa reliquiarum indole uti: iste enim vocis vim ignorans ad Olympionicas p. 246 sq. loca alienissima rettulit, longe melioribus praetermissis. Accedit aliud argumentum ab Apollodori Chronicis desumptum, cuius opus vicibus iteratis de rebus geographicis, historicis, chronologicis disertissime laudatur, quodque iudicium Olympiaca victoria suffultum praebet fragm. p. 414. init., ultimo Olympionicarum simillimum. *Sed* istiusmodi ambagibus missis, ea cuius antea commonefeci demonstratio hic quoque praevalet, quod cognitiones, non per se conducibiles, sed aliis disciplinis profuturas, Graecorum etiam recentiores, qui quidem a generoso avorum ingenio, eruditionis minutatim explicandae contemtore, non omnino descivissent, seorsum proponi repudiarunt.

XVII. Schol. Eurip. Hecub. 569. *φύλλοις ἔβαλλον]* *Ἐρατοσθένης φησὶ περὶ τῆς φυλλοβολίας, ὡς πάλαι χωρὶς ἄθλων ἀγωνιζομένων ἀνθρώπων, τῷ νικήσαντι καθάπερ ἔρανον εἰςφέροντες ἔῤῥιπτον τῶν θεατῶν ὅπως ἕκαστος ηὐπόρει. διὸ δὴ σύνηθες ἐγένετο, κύκλῳ περιπορευόμενον ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὸ διδόμενον. οἱ μὲν οὖν ἐμπορευόμενοι διάφορα δῶρα τῶν λοιπῶν* (verba corruptissima; nihil expediit Casaubonus ad Suetonii Neron. 25. *ἐδίδοσαν* post *δῶρα* inserens.) *οἱ μὲν ἐγγὺς καθήμενοι στεφάνους ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ ἀνωτέρω τοῦτο ὅπερ ἦν λοιπὸν* (adiiciendum videtur,

*) Quis tandem Iosephi Scaligeri *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφήν*, chronologico insertam operi, ignorat?

οἷον) ἔβαλλον τοῖς ἄνθεσι καὶ φύλλοις. καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνιζομένοις προβάλλουσι ζώνας (cf. Callimachi fragm. 476.), πέταλα, χιτωνίσκους, πετάσους, κρηπῖδας. [διὸ σύνηθες κύκλῳ περινοστοῦντας ἀγείρειν τὰ διδόμενα.]*) ἕως μὲν οὖν ἓν ἀγώνισμα (recte Casaub. vulgatum ἐναγώνισμα correxit) κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν ἦν, δαψιλὴς ἐγένετο ἡ τῶν δωρεῶν δόσις· πολυπλασιαζομένους δὲ τούτους**), ταῦτα ἐμειοῦτο εἰς πολλὰ (l. πολλοὺς) καταμεριζόμενα, καὶ τέλος ἡ φυλλοβολία κατελείφθη. ταῦτα οὖν περὶ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου· ὀψὲ γάρ ποτε ὁ ἀγερμὸς τῆς φυλλοβολίας ἀπεδείχθη. Insigni huic observationi admovendus est Timaeus p. 215. Περιαγειρόμενοι νικηφόροι. οἱ νικήσαντες ἐν δημοσίῳ ἀγῶνι, καὶ δῶρα παρὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων λαμβάνοντες καὶ περιϊόντες. Ubi errat Ruhnkenius, Scholiastae Euripidei immemor, quamvis Casaubonus cuius auctoritatem attulit commemorarit, etiam Burettii diligentiam elapsi; sed Photii annotationem v. περιαγειρόμενοι ex Platonico lexico derivatam opinatur: at enim omnia Eratosthenis loco, pro classico ut videtur habito, debentur. Quae ex Photii verbis huc pertinent, haec sunt: λέγεται γὰρ ὅτι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἆθλα προὐτίθεσαν τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὃν τρόπον καὶ Ὅμηρος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ ἱστοροῦσιν. ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο χωρὶς ἄθλων ἀγωνίζεσθαι, τοὺς νικήσαντας οἱ μὲν κατὰ φιλίαν ἢ συγγένειαν προσήκοντες στεφάνοις ἀνέδουν· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν σύνεγγυς καθήμενοι καὶ πλησιαζόμενοι πλέονος ἄξια ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ πορρώτερον ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον περιερχομένους, ὡς δὲ (l. ὣς

*) Haec omittenda sunt. Omnino Scholion ceteris testibus collatis non poterit non et lacunosum et depravatum videri.

**) Mira ac suspecta syntaxis; displicet Casaubonianum πολυπλασιαζομένου δὲ τούτου; potius reposuerim, πολυπλασιαζομένου δὲ τοῦ τοιούτου. Veteres sordes novissimus editor secure nobis reliquit.

καὶ) νῦν τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένοις ἐπιβάλλουσι πετάσους καὶ ζώνας, οἱ δὲ χιτῶνας. ἐκ τούτου σύνηθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα. Quod etiam magis stabilitur Clementis loco Alexandr. Paedag. II, 8. a Casaubono emendati: ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν· δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός· τρίτον ἡ φυλλοβολία. τελευταῖον ὁ στέφανος, ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά.

Sed Eratosthenis observatione de *φυλλοβολίᾳ* ita abusus est Schweighaeuser. ad Athen. animadv. T. I. p. 385, ut explicationem inde Calliae peteret. Callias enim haec protulisse dicitur II. p. 57. A. — περὶ γοῦν τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας διεξιών, φησίν· ἔτνος, πῦρ, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες. Satis hinc perspicitur, Calliam de muneribus, quae histrionibus in comoediae principiis tribui solerent, non disseruisse: namque pronunciari illud debuerat diversissime; sed proposuisse potius cibos certo cuidam usui consecratos. Talis certe sententiae tum similis admonet nominativorum enumeratio, ex Phyllide servata ap. Athen. XIV. p. 656. B., tum praesertim locus appositus apud eundem IV. p. 137. E. Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας τοὺς Ἀθηναίους φησίν, ὅταν τοῖς Διοσκούροις ἐν Πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρόν, καὶ φύστην, δρυπεπεῖς τ' ἐλάας, καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς. Videndum, Polemonisne simili dicto XI. p. 478. D. coniectura possit *πυροί* pro *πῦρ* suffulciri: *πύαρ* quidem non aptissime interiiceretur.

XVIII. Schol. Odyss. Mediol. θ'. 190. Ὁ δίσκος λίθος ἦν, καὶ (l. ὡς) Ἐρατοσθένης ἐν Ὀλυμπιακοῖς (sic; eadem confusio Schol. Pind. Vrat. Ol. IV, 6; contra apud Schol. Nem. X, 49. τὴν Ὀλυμπιακὴν νί-

κην restituendum pro τὸν Ὀλυμπιόνικον.) ἱστορεῖ, τὸν μὲν σόλον λέγει (l. λέγων) σίδηρον*) ἢ ξύλινον ἢ χαλκοῦν τετρημένον κατὰ τὸ μέσον, καὶ ἔχοντα καλώδιον ἐξημμένον, οὗ ἐχόμενοι βάλλουσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι. Οὕτω καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ κέχρηται· διό φησι· αὐτὰρ Πηλείδης θῆκε σόλον ὃν πρὶν μὲν ῥίπτασκε (Il. ψ'. 826.). ὅθεν κατωμάδιον αὐτὸν λέγεσθαι· ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα κατωμαδίοιο πέλονται (Il. ψ'. 431.). διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἔφη, τόν ῥα περιστρέψας. Post ῥίπτασκε nonnulla excidisse apparet, differentiam disci declarantia, eo sensu, ut manibus retortus ac proiectus fuisse diceretur. Eratosthenis accuratissimum discrimen, neque ab Ammonio, neque a ceteris grammaticis adoptatum, ex parte Apio recepit apud Apollonium Tollii p. 608. Σόλος. Ἀπίων, δίσκος σιδηροῦς. ὁτὲ δὲ δίσκος λίθινος.

*) Σίδηρον emendatione non indiget. Satis vulgarem consuetudinem Moeridis praeceptum innuit p. 369. Τριπλᾶ, τετραπλᾶ, περισπωμένως καὶ μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς· neque de nihilo haec nobis quidem superflua primarius Grammaticus, Phrynichus Bekkeri p. 25, observavit: ἁπλᾶ, διπλᾶ, τριπλᾶ καὶ τὰ ὅμοια περισπῶσιν. ὑποπίπτει γὰρ τῇ Ἰωνικῇ διαιρέσει, οἷον διπλόα διπλᾶ, καὶ τὰ ὅμοια. Istud genus perite confirmatum dedit Schaeferus praef. Schol. Apollonii p. XV. Quae si tenuisset Lobeckius ad Phrynich. p. 148. et 234, vanis, opinor, tentationibus abstinuisset. Neque felicior κότινον apud Hesychium sollicitavit Dobraeus addendis ad Plut. 586. Iam si Callimachi h. Dianae 200.

τὸ δὲ στέφος ἤματι κείνῳ
ἢ πίτυς ἢ σχῖνος·

imitato ad Pind. Ol. XIII, 45. Triclinio, sive Isthmiorum Hypothesi, comparaveris, additis quae observata fuerunt ad Mercurii fr. XV, 15: percipies, quanam via, praeeunte iam Homerico ἀσφόδελος, talis potuerit abusus provenire. Notavit etiam Lesbonax περὶ σχημάτων p. 182 sq. Accedit, ut in tritissimis appellationibus, verbi caussa in cognominibus deorum, saepe adiectivorum vices substantiva susceperint: veluti Ζεὺς Ἀρισταῖος, Ποσειδῶν Ἐρεχθεύς, Ἄρτεμις Ἰφιγένεια. Quibus perpensis, rationem qua Διὸς Ἀγαμέμνονος originem deduxit Casaubonus ad Athen. III. p. 99. B. repudiaturus fuisset. Vide praeter alios Heynium ad Pindar. p. 374. et Musgravium ad Sophoclis Philoct. 929, ubi Romanorum Ianum (hunc, non Iovem voluit) Quirinum rectius Bentleio ad Horat. Carm. IV, 15, 9. ex hac ipsa consuetudine explicuit.

XIX. Athenaeus IV. p. 154. A. Ἐρατοσθένης δ' ἐν πρώτῳ Ὀλυμπιονικῶν τοὺς Τυῤῥηνούς φησι πρὸς αὐλὸν πυκτεύειν. Plures fuisse Olympionicarum catalogos, neque si supra disputata collinearunt, statui, nec per se veritatis quadam specie instrui potest. Lege igitur: ἐν τῷ περὶ τῶν Ὀ. Mendum contrarium Harpocrationem irrepsit: Ἄκτια, ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων· idem Suidas. Ἄκτια, voluit περὶ ἀγώνων, hinc Bentleius collegit, qui, quo modo Eratosthenis titulos collegerunt, multa cum ceteris fragmentorum Callimachi editoribus, quae seorsum non extiterint, commentus est. At cum certissimum sit, de certaminibus institutis per Αἴτια poetam disseruisse, non dubitandum est reponere: ἐν τῷ πρώτῳ Αἰτίων. Ceterum Tyrrhenorum instituto vide similia apud Athenaeum XII. p. 517. A., inprimis haec Theopompi ibid. p. 518. B. ὑπὸ δὲ τῆς τρυφῆς οἱ Τυῤῥηνοί, ὡς Ἄλκιμος ἱστορεῖ, πρὸς αὐλὸν καὶ μάττουσι καὶ πυκτεύουσι καὶ μαστιγοῦσιν. Eadem Aristotele teste proposuit Pollux IV, 56. Illinc fluxisse videtur γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων Platonis Phaedro p. 237. A.

XX. Schol. Aristoph. Vesp. 1186. (v. de antiq. Comoed. fr. XXI.) εἰ μὴ ἄρα ὁ Ἐφουτίων ἐστίν, ὁ ἐν ταῖς Ὀλυμπιάσι (minus accurata Scholiastae locutio, qua gemellum illud, ἐν ταῖς Νεμεακαῖς νίκαις ἀναγεγράφθαι, ad inscript. Pind. Nem. VIII. tueberis, coll. Schol. N. X, 1.) φερόμενος Ἐφουτίων Μαινάλιος. Hesychii narratione Eratosthenem huius observationis auctorem, eiusdemque voce ἀναγράφει in Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ Athletam attulisse, licet cognoscere. Potuit haec historia utrobique, et hic, et ad Aristophanem, afferri. Ceterum de voce ἀναγράφειν ubi agit Bentleius epistola ad Millium p. 509, adduci sese patitur, ut dubitans licet nonnulla Harpocrationis v. Ἴων Eratostheni tribuat. Mirum, neque corruptelam verborum,

ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε, neque indolem Chronographiarum tantum perspexisse acumen.

XXI. Diogenes Laert. VIII, 47. καὶ ἕτερον (Πυθαγόραν), Δωρικὰ πεπραγματευμένον, ὡς Διονύσιος ἱστορεῖ. Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ η παντοδαπῆς ἱστορίας παρατίθεται, τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης τε καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα, ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθέντα αὐτίκα προςβῆναι τοὺς ἄνδρας, καὶ νικῆσαι.

Scaliger illa κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα in ignaviae crimen interpretabatur ad Euseb. p. 40. — καὶ ὡς θῆλυς χλευαζόμενος, προβὰς εἰς τοὺς ἄνδρας, ἅπαντας ἑξῆς ἐνίκησε· qua in explicatione sibi obsequentem habuit Bentleium Phalarideis p. 178, insuper memorato Georg. Syncello p. 239. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος Ὀλύμπια ἀθλήσων, ἐξεκρίθη παίδων πυγμήν, (καὶ χλευασθεὶς) ὡς ἁπαλός, προβὰς εἰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκα κατὰ τὴν νά Ὀλυμπιάδα: quo iure, infra disceptabitur. Iam idem Bentleius, qui omnem suam de aetate Pythagorae sententiam loco Eratosthenis superstruxit, ex aliis auctoribus p. 179, Meinersius hist. doctrin. Gr. et Rom. T. I. p. 323 sqq. ipsis Laertii sectionibus 12. et 48. evicerunt, Samium philosophum Olympiis victoriam reportasse, ac proinde utrumque Pythagoram illic confundi: Eratosthenem vero, teste Phavorino, de philosopho eam historiam rettulisse. Quod si accuratius quaestionem dirimere volebant, vanam tantummodo grammaticorum distinctionem utrumque Pythagoram effecisse declarandum erat, caventium, ne quid repugnantiae scilicet Philosophi dogmatis evaderet. Sed aliam idem Meinersius adhibuit ratiocinationem, purpurea veste, qua pugil ille indutus fuerit, id ipsum colligi, Eratostheni Athletam et Philosophum pro eodem homine habitum fuisse; testimoniis enim

egregiorum testium constare Pythagorae illiusque sectae eam consuetudinem, ut puris candidisque palliis reverentiam sui vulgo incutere studerent. Nescio qua socordia iuveni senis hic dogmata attribuantur, et purpurea vestis in candidarum numerum referatur. Duplex enim descriptio, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα accessisse tradentium, insuperbientem et victoriae certissimam Pythagorae indolem significabat. Schol. Aristoph. Nub. 71. Ξύστιδ᾽ ἔχων, — ἤγουν πορφυρίδα. καὶ γὰρ μέχρι νῦν οἱ εἰςελαύνοντες ἀθληταὶ τοιούτῳ κοσμηθέντες σχήματι, καὶ ἅρματος ἐπιβάντες, διὰ μέσης πομπεύουσι τῆς πόλεως. Comicus Equitibus 973.

οὗμοὶ δέ γ᾽ αὖ λέγουσιν, ὡς ἁλουργίδα
ἔχων κατάπαστον καὶ στεφάνην ἐφ᾽ ἅρματος
χρυσοῦ διώξεις Σμικύθην καὶ κύριον.

Cf. Hemsterhusium ad Lucian. p. 53. Deinde insignium meritorum praemium comam nutriri maxime Athenienses concesserunt, docente Aristoph. Equitt. 579 sqq.

ἡμεῖς δ᾽ ἀξιοῦμεν τῇ πόλει
προῖκα γενναίως ἀμύνειν καὶ θεοῖς ἐγχωρίοις.
καὶ πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν οὐδὲν πλὴν τοσουτονὶ μόνον·
ἤν ποτ᾽ εἰρήνη γένηται, καὶ πόνων παυσώμεθα,
μὴ φθονεῖθ᾽ ἡμῖν κομῶσι, μηδ᾽ ἀπεστλεγγισμένοις.

Sed prae ceteris conferendus Chamaeleon ap. Athen. IX. p. 374. A. ἦν δὲ τὴν ὄψιν καλὸς καὶ μέγας, καὶ κόμην ἔτρεφε, καὶ ἐφόρει ἁλουργίδα καὶ κράςπεδα χρυσᾶ. Adolescenti vero duodeviginti annos nato inter pueros certamen abnegari potuisse, neque aliunde videtur demonstrari, neque Bentleius persuasit, Hylli exemplo proposito apud Pausan. VI, 14, athletas ea aetate cum pueris non iam dimicuisse: illic enim Elei Hyllum incerta de caussa excluserunt. Omnino hac in disputatione magni viri perspicacitatem desidero: si enim habitus ille Pythagorae effeminatae indolis exhiberet

significationem, num a pueris repulsum in virorum societatem admitti potuisse quomodocunque verisimile est? Sed ut ad summam rei praevertar, Eratosthenis calculum Bentleius approbavit, quem sequitur Creuzer. ad historic. Graec. antiquiss. fragm. p. 5; reiecit Meinersius. Quorum Bentleii maxime insignis est negligentia, qui Diogenis locum, Meinersio non contradicente, cum opinionis suae aliis emolumentis accomodaret, tum Pythagoream aetatem illa Olympiorum in celebritate duodeviginti annos esse complexam temere inde erueret. Debebat etiam, cum in chronologico argumento fundamentum sit quam maxime stabile constituendum, Syncelli errorem quinquagesimam primam Olympiadem prodentis aliquanto accuratius ad liquidum perducere. At huius ipsius ratio leviter corrupta, studio praetermisso, rectam potuerat viam commonstrare. Vide, quantum praestet momenti vel minutissima particula. Illa enim *ἐπὶ τῆς ὀγδόης τε καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος* ab omnibus qui in hunc campum descenderunt, speciosa utique verborum collocatione inductis, de anno victoriae intelligebatur: at quis tandem eum in sensum *ἐπὶ Ὀλυμπιάδος* usurpavit? Immo Eratosthenes, cum ad duodequinquagesimam perventum esset Olympiadem, victoriam Pythagorae Olympiacam attulerat, non sane de nihilo, sed quo natalem eius diem sive colligeret, sive confirmaret. Iam vero illa Olympias, si consimiles auctorum ratiocinationes comparentur, ea ipsa secundum Eratosthenem fuerit, qua lucem Samius adspexit: quae si probabiliter hucusque exposita fuerunt, Meinersii definitio, omnium minimis difficultatibus obnoxia, tanto nomine adiuncta veritatem paene attingit. Hisce tandem perspicitur, haec Chronographiis, non Olympionicis adscribenda esse.

XXII. Diogenes Laert. VIII, 51. *Λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις, τὴν πρώτην καὶ*

ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκέναι τὸν τοῦ Μέτωνος πατέρα (avum Empedoclis), *μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει.* Menagius coniicit *ἑξηκοστήν*: sed vulgata lectio non omnino a temporum ratione abhorret.

Post Graecorum chronologiam Aegyptiis quoque dynastis suum tribuisse locum Eratosthenes videtur; sed temporum labem nonnisi fragmentum singulare effugit, Syncello debitum, duodequadraginta Thebanorum regum seriem enumerans. De cuius pretio et auctoritate contentione non adeo exili olim decernebatur, ita tamen, ut plerique his unice reliquiis sua systemata corroborarent, Manethone posthabito. Ita censuerunt Marshamus canone chronico p. 3. et 249, prolixius Cumberland. de Sanchoniathone ex editione Germanica inde a p. 53; nihil illi tributum est a Behrio (Abhandl. zur Erlaeuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte) T. I. p. 211. Hodie qui istiusmodi rationibus, istis maiorum deliciis dudum compositis, abuteretur, de lana caprina rixari foret dicendus. Sed tamen fides Eratosthenis, ab antiquorum eruditorum nemine addubitata, ne hic quidem, ubi testis ipse oculatus sua protulit, in disputationem cadere debet, cum praesertim Aegyptiorum sermonem utcunque comparatum, arbitro prae ceteris idoneo, egregie calluerit. Est ille arbiter Paulus Ernestus I a b l o n s k i u s, qui cum omnium iudicio in hoc litterarum genere principatum tenuerit, nihil quod ab argumento alienum sit facturus mihi videor, si quae ille primum in Tomo II. Chronologiae S. S. Desvignolii p. 736 — 765, deinde passim refícta in Opusculis Lugduni Batavorum editis T. I. variis locis ad explicandam vel emendandam Nostri versionem nominum Aegyptiorum protulerat, in epitomen redacta brevibus proponam.

XXIII. Syncellus p. 91. C. Ἀπολλόδωρος [ὁ] χρονικὸς ἄλλην Αἰγυπτίων τῶν Θηβαίων λεγομένων βασιλείαν ἀνεγράψατο, βασιλέων λή. ἐτῶν ϙοϛ́, ἥτις ἤρξατο μὲν τῷ ͵βϡ' ἔτει τοῦ κόσμου, ἔληξε δὲ εἰς τὸ ͵γμέ. (margo ͵γϡος́.) ἔτος τοῦ κόσμου, ὧν τὴν γνῶσιν, φησίν, ὁ Ἐρατοσθένης λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπομνήμασιν καὶ ὀνόμασιν, κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παρέφρασεν οὕτως.

Θηβαίων βασιλέων τῶν μετὰ ϙκδ'. (margo ρκδ'.) ἔτη τῆς διασπορᾶς, λή. βασιλέων.

Πρῶτος ἐβασίλευσεν Μίνης Θιβινίτης Θηβαῖος, ὃ ἑρμηνεύεται Διόνιος· ἐβασίλευσεν ἔτη ξβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος βϡ'. ἔτη λε̄ Eusebius Scaligeri p. 17 f., qui Syncellum tum ineditum excerpsit. Μήνης primum regem vulgo appellari notissimum est. Sed pro Διόνιος, voce nihili, legendum censet Iabl. Αἰώνιος, aeternus: id enim Meneh significare. V. eum ap. Vignol. p. 736 sq. Opusc. I. p. 144 sq.

Θηβαίων δεύτερος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης, υἱὸς Μίνεως, ἔτη νθ'. οὗτος ἑρμηνεύεται Ἑρμογένης. ἔτος τοῦ κόσμου ͵βϡξβ'. Pluribus confirmavit Iabl. ap. Vignol. p. 737 sq.

Θηβαίων Αἰγυπτίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης ὁμώνυμος ἔτη λβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γκά.

p. 96. Θηβαίων ἐβασίλευσεν δ'. Διαβιῆς υἱὸς Ἀθώσεως (Ἀθώθεως Scalig. p. 18.) ἔτη ιθ'. οὗτος ἑρμηνεύεται ψιλέστερος (φιλεταῖρος Scal.). τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γνγ'. Iabl. p. 738 sq. Διαβιῆς vocem Aegyptiace coniecit scribendam esse, ut dicat **mella dantem**: quod hodieque Aegyptios Diabio pronunciare.

Θηβαίων ἐβασίλευσεν έ. Πεμφῶς υἱὸς Ἀθώθου, ὅ ἐστιν Ἡρακλείδης, ἔτη ιή. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γοβ'. Iabl. p. 739. Σεμφῶς legendum suspicatus pluribus illustravit ad p. 741.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛ'. Τοῖγαρ Ἄμαχος Μομχειρὶ Μεμφίτης ἔτη οθ'. οὗτος ἑρμηνεύεται τῆς ἀνδρὸς περισσομελής. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γϛι. Scaliger *Τοιγάραμος ἄμαχος χειρὶ — Τίσανδρος.* Iabl. p. 742. postquam coniecerat *Τοιγαρὰμ ἄχος μονχειρί, — Σώσανδρος π.*, posse tamen Latine sic quoque exprimi, Magus rerum admirabilium plenus, monuit licere etiam vulgatam retinere, ita ut *ἄχος μον* vox incognita sit, respondens Graeco *περισσομελής.* Priorem opinionem praetulisse videtur Opusc. I. p. 348 sq.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ζ'. Στοῖχος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὅ ἐστιν Ἄρης ἀναίσθητος, ἔτη ϛ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γρξθ'. Iabl. p. 743 sq. persuasum sibi habet, Aegyptios nullum coluisse numen Martis ab Hercule distinctum; pro *ἄρης* igitur *ἄρις* scribendum esse, i. q. *ὁ ῥῖνα μὴ ἔχων*, s. *ἀναίσθητος.* Apposite Artemidorum laudat I, 29. *Τὸ δὲ μὴ ἔχειν ῥῖνα* (per somnium) *ἀναισθησίαν πᾶσι σημαίνει.*

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Γοσορμίης, ὅ ἐστιν Ἐτησιπαντός, ἔτη λ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γροέ. Scaliger *αἴτησις παντός*, sed corrupte, auctore Iabl. ap. Vign. p. 744, cui Aegyptiaca vox l o q u e n s l a c r i m i s significare videtur.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν θ'. Μάρης, υἱὸς αὐτοῦ, ὅ ἐστιν Ἡλιόδωρος, ἔτη κϛ'. τοῦ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσέ. Explicationem contra Salmas. de ann. climact. p. 567. defendit Iabl. p. 744 s.

p. 101. *Θηβαίων Αἰγυπτίων ι. ἐβασίλευσεν Ἀνωϋφής, ὅ ἐστιν υἱὸς ἐπίκοινος, ἔτη κ'. τοῦ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσλά.* Iabl. p. 745 s. Opusc. I. p. 34. significari videtur Hermaphroditus; veruntamen Graeca sic ad Aegyptiaca emendanda esse, *υἱὸς ἐπίκλεινος*, vir illustris vel filius gloriose genitus. Posse etiam *Ἄνωυμις* legi, quod proprie significet gloriose genitum.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιά. ἐβασίλευσεν Σίριος (*Σίροϊς* Scalig. p. 21.), *ὅ ἐστιν υἱὸς κόῤῥης, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀβάσκαντος, ἔτη ιή. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γσνά.* Iabl. p. 747. reiecta Salmasii de ann. climact. p. 567. explicatione legit *υἱὸς κόρης*, i. e. *παρθένιος*, natus ante legitimum matrimonium; neque vero dissimulat, *Σίριος* secundum litteram Graece sonare *υἱὸν κόῤῥης*.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιβ΄. ἐβασίλευσεν Χνοῦβος Γνευρός (*Χνεῦρος* Scal.), *ὅ ἐστιν Χρύσης Χρύσου υἱός, ἔτη κβ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γοξθ΄.* Iabl. p. 748. *χνοῦβος χρυσοῦς: χνοῦβος* significare aureum. Aliter Salmas. p. 748.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιγ΄. ἐβασίλευσεν Ῥαύωσις, (p. 102.) *ὅ ἐστιν ἀρχικράτωρ, ἔτη ιγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γοϛα΄.* R e g n u m a d s e r a p i e n s explicat Iabl. p. 749.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιδ΄. ἐβασίλευσε Βιΰρις (*Αἰΰρης* Scalig.) *ἔτη ί. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτδ΄.*

Θηβαίων βασιλέων ιέ. ἐβασίλευσεν Σαῶφις Κομαστής, κατὰ δὲ ἐνίους Χρηματιςής, ἔτη κθ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτιδ΄. Varia Iabl. coniecit, monens nomen Aegyptiacum varie efferri, *χαῶφις* autem sonare *χρηματιστήν*; quam Latina versio (comatum) exprimat lectionem *κομήτην*, negat p. 750. spernendam esse.

p. 104. *Θηβαίων ιϛ΄. ἐβασίλευσεν Σενσαῶφις β΄. ἔτη κζ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτμγ΄.* Si *Σεναῶφις* Scaligeri verum attigerit, *δεύτερος* illud significare ait Iabl., posse tamen etiam vocis vulgatae rationem reddi. Plura Opusc. I. p. 282 sqq.

Θηβαίων ἐβασίλευσεν Μόσχερις Ἡλιόδοτος ἔτη λά. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτό. Salmas. p. 567. *Μοιχέρης*, non inepte, iudice Iabl. p. 752.

Θηβαίων ιή. ἐβασίλευσεν Μουσθὶς ἔτη λγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γυά.

Θηβαίων ιθ'. ἐβασίλευσεν Πάμμος Ἀρχόνδης ἔτη λέ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γυλδ'. Πάμνος Scaliger. Nihil se perspicere profitetur Iabl. p. 752. et Opusc. I. p. 194.

Θηβαίων κ'. ἐβασίλευσεν Ἀπάππους μέγιστος· οὗτος ὥς φασιν παρὰ ὥραν μίαν ἐβασίλευσεν ἔτη ρ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γυξθ'. Ἄπαππος Scalig. Aphoph s. Apoph significat gigantem secundum Iabl. p. 753 sq.

Θηβαίων κά. ἐβασίλευσεν Ἀχεσκὸς Ὀκάρας ἔτος ά. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γφξθ'. (sic) Scaliger *Ἔχεσκος ὁ Κάρας.* Nihil expedivit Iabl.

Θηβαίων κβ'. ἐβασίλευσεν Νίτωκρις γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἀνδρός, ὅ ἐστιν Ἀθηνᾶ νικηφόρος, ἔτη ς'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γφό. Interpretatio confirmatur p. 755.

Θηβαίων κγ'. ἐβασίλευσεν Μυρταῖος Ἀμμωνόδοτος ἔτη κβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γϡή'. (numerus corruptus.) Docet Iabl. p. 756, genuinam scribendi rationem esse *Ἀμυνταῖος,* Graecos autem paullatim pronunciando corrupisse.

p. 105. *Θηβαίων κδ'. ἐβασίλευσεν Θυοσιμάρης κραταιός, ὅ ἐστιν ἥλιος, ἔτη ιβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γφϡή.* (sic) Iabl. p. 756. legit *Οὐοσιμάρης,* potens, qui est sol: *Οὐσιμάρης* regem Aegyptium dici Africano ap. Euseb. p. 20.

Θηβαίων κέ. ἐβασίλευσεν Θίνιλλος (Θύριλλος Scal.), *ὅ ἐστιν αὐξήσας τὸ πάτριον κράτος, ἔτη ή. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γχί.* Iabl. p. 757. *Θίνιλλος, παῖς αὐξήσας.*

Θηβαίων κς'. ἐβασίλευσεν Σεμφρουκράτης, ὅ ἐστιν Ἡρακλῆς Ἁρποκράτης, ἔτη ιή. τοῦ δὲ κόσμου ἔτος ͵γχιή. Explicatur Opusc. I. p. 282. II. p. 197 sq.

Θηβαίων κζ. ἐβασίλευσεν Χουθὴρ Ταῦρος τύραννος ἔτη ζ'. τοῦ δὲ κόσμου ͵γχλς'. Iabl. p. 758. *Χουσθερταῦρος, Τύραννος.*

Θηβαίων κή. ἐβασίλευσεν Μευρὴς Φιλόσκορος ἔτη ιβ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵γχμγ΄. Φιλόσοφος Scalig. 23. in. Corruptum videtur Iabl. p. 759. et Opusc. I. p. 141.

Θηβαίων κθ΄. ἐβασίλευσεν Χομαεφθὰ κόσμος Φιλέφαιστος ἔτη ιά. τοῦ δὲ κόσμου ͵γνέ. (margo *͵γχνέ.*) Salmas. de lingua Hellenist. p. 391. *φιλήφαιστος*, itemque de ann. climact. p. 567. Hoc quidem probat Iabl. p. 760, sed illud corrigit *Χωμαιφθάς* s. *Χομ.*.

Θηβαίων λ΄. ἐβασίλευσεν Ἀγκούνιος Ὀχυτύραννος ἔτη ξ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵γχξς΄. Σκουνιόσοχος τύραννος Scaliger. Iabl. nihil se videre fatetur p. 760. et Opusc. I. p. 313.

p. 123 f. *Θηβαίων λά. ἐβασίλευσεν Πενταθυρὶς ἔτη ις΄.* (margo *μβ΄.*) *τοῦ δὲ κόσμου ͵γψκς΄.* Iabl. explicat *ἱερεὺς τῆς Ἀφροδίτης*: *Ἀθύρ* enim s. *Ἀθώρ* Aegyptiis fuit vacca, symbolum Veneris; Orion autem ap. Etymol. M. Venerem Aegyptiacam vocat *Ἀθώρ*.

Θηβαίων λβ΄. ἐβασίλευσεν Σταμενεμῆς β΄. ἔτη κγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵γψξή.

Θηβαίων λγ΄. ἐβασίλευσεν Σιστοσιχερμὴς Ἡρακλέος κράτος ἔτη νέ. τοῦ δὲ κόσμου ͵γψϟά. Iabl. *Ἐρτοσιχερμῆς* p. 761 sqq.: Ertosi enim nomen est planetae, qui Herculi ab Aegyptiis attribuebatur; regem illum sub Herculis forte planeta lucem adspexisse, unde nomen tulerit, quod Graece potius vertendum sit *Ἡρακλῆς κραταιός*, ut Scaliger p. 23. ediderat.

Θηβαίων λδ΄. ἐβασίλευσεν Μάρις ἔτη μγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵γωμς΄. Idem nomen nono videbatur Iabl.

Θηβαίων λέ. ἐβασίλευσεν Σιφωάς, ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίστου, ἔτη έ. τοῦ δὲ κόσμου ͵γωπθ΄. Salmas. p. 567. *Σιριφθά*, comprobante Iabl. Is tamen minore mutatione coniici putat p. 764. *Σαφθάς*, eodemque modo in prima dynastia Manethonis pro *Οὔσαφαής* leg. *Οὔσαφθάς*. Scalig. *Σιφώασος*. *Ἑρμῆς* alterum re-

gis nomen significat, qui rei complementum dat: v. Opusc. I. p. 69. 135 s. 310 s.

p. 147. C. *Θηβαίων λς'. ἐβασίλευσεν . . . . ἔτη ιδ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ͵γω϶δ'.*

Θηβαίων λζ'. ἐβασίλευσεν Φρουρῶν, ἤτοι Νεῖλος, ἔτη ε'. τοῦ δὲ κόσμου ͵γωπθ'. (margo *͵γϡη'.*) Iabl. p. 764. latere putat Nili nomen Siris s. Suris.

Θηβαίων λη'. ἐβασίλευσεν Ἀμουθανταῖος ἔτη ξγ'. τοῦ δὲ κόσμου ͵γϡιγ'. Scal. *Ἀμουρθαῖος.*

Ἡ τῶν λη'. βασιλέων τῶν κατὰ Αἴγυπτον λεγομένων Θηβαίων, ὧν τὰ ὀνόματα Ἐρατοσθένης λαβὼν ἐκ τῶν ἐν Διοσπόλει ἱερογραμματέων παρέφρασεν ἐξ Αἰγυπτίας εἰς Ἑλλάδα φωνήν, ἐνταῦθα ἔληξεν ἀρχή.

Appendicis loco subiungendus est liber de Octaeteride iam ab antiquis eruditis addubitatus. Commemorant Geminus ap. Petavium p. 34. C. *ὅθεν τὰ Ἴσια πρότερον μὲν ἤγετο κατὰ τὰς χειμερινὰς τροπάς, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς ὀκταετηρίδος ὑπομνήματι μνημονεύει.* et Achilles Tatius in Arati Phaen. p. 139 extr. sq. *λέγεται δὲ ἐνιαυτὸς ἡ ἀπὸ τοῦ ζωδίου εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκατάστασις αὐτοῦ ἐν ἡμέραις τξέ καὶ ἐλαχίστῳ μορίῳ. ἀπὸ δὲ σημείου εἰς σημεῖον ἀποκαθίσταται ἐν ὀκτωκαιδεκαετηρίδι, εἴ γε γνήσιόν ἐστι τὸ σύγγραμμα Ἐρατοσθένους. οὗτος γὰρ ἀνέγραψεν δεικνύς, ὡς οὐκ εἴη Εὐδόξου.* Hunc ex Gemino emendavit Fabric. B. Gr. IV. p. 126. Non est quod de eiusmodi quaestione plura dicantur.

INDICES *).

I.

INDEX LOCORUM,

QUIBUS NITUNTUR ERATOSTHENICA.

*) Subsequuntur indices, alter locos quibus Eratosthenica debentur complexus, coniunctissimus ille fragmentorum editioni: cui quidem auctores, narrationes de vita Nostri vel sua quaedam iudicia, perparvi momenti, proponentes, non sunt inserti; posterior vero, haud minus idoneus, scriptores enumerat, quorum crisin tangunt paginae adiunctae: de explicationibus paucas exhibere visum fuit. Tertium tamen indicem, rerum quas dicunt et verborum, genuinis spectatoribus neque satis utilem, neque accuratum, otii penuria negligere iussit; fuci enim non erat quod respicerentur sensim increbescentes.

II.

INDEX AUCTORUM.